

17
17 3 6 =

17 3 6 =

XVIII-2479

Y 32



OPUSCULUM

OSTENSIVUM PERAGRATIONIS
prædicationisque Sanctissimi Iacobi Zebedei
in Hispania : breviter perstrictum, & elabo-
ratum á R. P. Fr. Ignatio Cattoira, Ordinis
Prædicatorum, Catholicæ Maiestatis Con-
cionatore, Professore Theologo, Compostel-
lanæ Diœcesis Examinatore; & per Reveren-
dissimum Patrem Fratrem Thomam Ripoll,
Ordinis Prædicatorum Magistrum Genera-
lem, pro Sacris Missionibus, & Sanctissimi
Rosarij prædicatione, Apostolico
Prædicatore designato. X

CONTRA DISSERTATIONEM

Historicam his contradicentem : per R. P. M. Fr.
Michaelem à Sancta Maria, Regium Lusitanum
Academicum, Ullyssiponis novissimè fuscitatam;
hoc titulo præfixam : *De primo, potiùs, unico
Evangelij Prædicatore, in Hispania Lusitaniaque,
scilicet, S. Paulo Apostolo.*

*GADIBUS : Hierónymi de Peralta, eiusdem
Civitat. Typograph. Mai.*

Aplicase a la Librería del Convento de S.^{ta} Ana
de Padua del Puerto de S.^{ta} Maria
fr. Joseph Garcia de la Concepcion
Cmo Real

OPUS

OSTENSIVUM PERAGRATIONIS

prædicatorum sanctissimi Jacobi Xepher

in Hispania: prædicatorum, de clau-

ratum a R. P. M. Ignac. Carrasco, Ordinis

Prædicatorum, Catholice Missionis Con-

cionatore, Professore Theologiae, Compositel-

læ Dialecticæ Examinatore, & perceptorum

distinctionum Patrum Fratrum Thomæ Riquel-

Ordinis Prædicatorum Magistrum Genera-

lem, pro sacris Missionibus, & sanctissimi

Rosalii prædicatorum, Apostolice

Prædicatorum dignitate.

CONTRA DISSERTATIONEM

historiam his contradiçentem: per R. P. M. Fr.

Michael a Santa Maria, Regium Tutorum

Academicum, Gyliponis novissime tubætam;

hoc titulo præfixam: De primo, potius, curio

Evangelij prædicatorum, in Hispania Lusitanique

scilicet, S. Paulo Apostolo.

GADIBUS: Hieronymus de Peralta, eiusdem

Genat. Typograph. Mai.

(55)


(55)

(55)

(55)

(55)

Ante Solem permanet nomen eius. *Ps. 71.*



Amoris sagitta ictus clientulus ipse
Sacrat Ignatio opus sub nomine Iesu.



Anre Solcim permanet nomen eius Ps. 71.



Amoris sagitta ictus clementis ipse
Sacer Ignatio opus sub nomine Iesu.

SANCTISSIMO

STRENUOQUE CHRISTI

Athletæ, Ecclesiæ Militantis Clypeo, Orbis miraculo, Virtutum omnium cumulo, Hispaniarum micantissimo sideri, Cantabrico radiantibus iubaribus: IGNATIO LOYOLENSI, præstantissimæ, Sapientissimæ, Sanctissimæque Societatis Iesu integerrimo Patriarchæ Fundatori.



HN, PER VIGIL OVIUM Christi defensor, ad aras tuæ præpotentis Sanctitatis perjurandè devenio, procidens accuro, hoc sacrans munusculum omni iure, & titulo tuæ celsitudini debitum in meæ gratitudinis signum; ob insigne miraculum, te protegente, mihi exhibitum anno 1681. cum enim, in matris utero gestarer, ea nocte, qua primam lucem vidi vespera festivitatis tuæ, nox sicut dies illuminata claudit validissimis flammis in tempestate nocte domum Parentum meorum deborantibus, tunc quasi media nocte clamor factus est, matre mea sic, in te fidentissima, protectionem tuam

advocante : *O Sanctissime Ignatij de Loyola , te Patronum quæro, ut, saltem, huic parvulo misertus, sacro fonte expiari sinas ; res miranda! Statim, ut Sanctum Ignatij nomen in sonuit, quasi vox Domini intercidentis flammam ignis , iste suæ virtutis oblitus , non tetigit omnino eos habitatores Domus ; sedatis , enim pænitus , non sine miraculo flammis, tunc temporis in lucem absque periculo deditus , tamquam prodigium multis factus est meus Sanctissimus Ignatius, cui rectissimè illud Davidicum , Psalmo 70. apponitur : *In te projectus sum ex utero, de ventre matris meæ protector meus es tu : Sacrasque limphas tangens, iterum illud Davidicum Psalmo 65. ipsi verissimè adapto : *Transivimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Ecce miraculum, & en gratitudinis titulum.***

-id Quis loquetur potentias Domini , auditas faciet omnes laudes eius? Interrogans canebat Regius vates Psalmo 105. sic de Sanctissimo Ignatio reffero , quis auditas faciet omnes laudes eius? Nam vsque ad altissima , quæ fecit magnalia, quis similis sibi? Quæ ludibria , quæ verbera, quæ vincula , pro augenda Dei gloria sustulit? Nam in flagella paratus , improperium expectavit cor eius , & sustinuit. Omnibus omnia, ut alter Paulus , factus , ut omnes traheret
vin-

vinculis Charitatis currentes in odorem un-
guentorum virtutum eius; quanta etenim faci-
nora malignatus est inimicus in Sancto? In
ipsum enim profalebant omnes, qui bibebant vi-
num, & ipsum tamquam fraudulentum explo-
ratorem reputantes, sine intermissione verve-
rabant, unde, & cum iniquis reputatus est.
Quot oves ex unguibus Lupi rapacis Christi
gregi restituit? Sacramentorum frequentia, &
Templorum nitor ab ipso incrementum acce-
perunt, testatur Ecclesia: quia confessio, &
pulchritudo in conspectu eius, sanctitas, &
magnificencia in sanctificatione eius. At inter
tot res ab ipso præclarissime gestas; illud,
omnium animos admiratione rapuit; nempe,
cum frequenter repetebat: *Si optio mihi daretur,
mallem incertum Beatitude vivere, & interim,
Deo, & proximorum saluti in servire, quam certum
eiusdem glorie statim mori.* O ingens Divini amo-
ris incendium, Seraphicis ardoribus præstan-
tius! Quid ultra! Equidem non plus ultra; si,
etenim, maiorem Charitatem nemo habet ut
animam suam, idest vitam suam, ponat quis
pro amicis suis ipsa veritate testante; quid
huic Charitatis fornaci maioris incendij amo-
ris adhiberi potest? Nam, nedum vitam suam
pro amicis suis proximis semel, & iterum po-
suit,

fuit, verum etiam suam ipsam Beatitudinem, exposuit; verissimé de tanto viro illud Davidicum Psalmo 27. præcini debet: *Protector salvationum Christi sui est.* Nonne spiritum Pauli ebibit dum tale protulit? *Cupiebam ego anathema esse pro fratribus meis.* Ad Romanos 9. cap. & illud Moyfi rapuit: *Aut dele me de libro vitæ, aut dimitte noxam Populo huic.* Exodi 32. Ignem enim Divini amoris venit mittere in terram humanorum cordium, & quid volebat nisi, vt arderet? Denique, vt tanti Mecenatis incomprehensibilia, quorum non est numerus, paucis perstringam, quæ de meo Sanctissimo Parente Dominico Ecclesia iubilat egregia; ipsi ad amissim reponam legitima: *Fuit vir plane Apostolici pectoris ac spiritus, Fidei columen, Evangelij tuba, Orbis oculus, Christi lucerna, secundus Precursor, & magnus animarum Economist;* sic de meo Sanctissimo Parente testatur Ecclesia, & ita de Sanctissimo Ignatio eius sanctissima vita.

Tanti Divini amoris incendium exarsit in terrarum Orbem, dum novem tantum faculis, hoc est, novem Sanctissimis Sapientissimisque Viris Societatem suam Iesu præclarissimam initiavit; his namque fulguribus totum Orbem, & incendit, & illuxit: illuxerunt enim hæc fulgura eius Orbi terræ, vidit & commota est terra;

terra; à novitate tantæ lucis præfulgidæ Societatis, de qua Paulus 19. ad Corinthios, cap. 1. *Fidelis Deus per quem vocati estis in Societatem Filij eius Iesu Christi Domini nostri.*

Atamen vt de hac Sanctissima, Sapiientissima que Societate Iesu rectiùs proferam, non ego, sed Ecclesiæ oracula testimonium perhibeant.

Adest primus, qui primitiùs hanc strenuam Societatem recepit, & roboravit Paulus Tertius in Bulla edita anno 1549. sic testificans . *Est hæc Societas Iesu ager fertilis in Domino multiplices, atque uberes fructus animarum, ad Summi Regis laudem, & Fidei incrementum, afferens quotidie.* Iulius Tertius in Bulla data anno 1550. sic tenet: *Nihil pium sanctumque, quod non sit in dicta Societate, ac exemplari Sociorum vita, & moribus reperiri.* Paulus Quartus in Bulla expedita anno 1561. sic admonet: *In ipso angulari lapide, qui est Christus fundata est; item, vos non ad quietem, & delicias, sed ad Crucem, & laborem vocatos esse.* Pius Quartus in aloquutione ad Patrem Lainez, & vniversam Societatem, dixit: *Sicut nomen Iesu assumpserunt, ita opere, doctrina, & exemplis, Dominum imitari nituntur.* Pius Quintus in numeris privilegia concessit Societati Iesu vt constat ex suis repetitis diplomatibus. Gregorius XIII. in Bulla anno 1584. docet: *Non immeri-*

tó concessæ sunt á Pontificibus gratiæ ob egregias virtutes, & dona divinitus Societati Iesu largita. Sixtus V. in responsione ad Patrem Claudium Aqua viva, dixit: Seminaria á Gregorio excitata, non modo conservare sibi animo esse, sed, & perpetuis redditibus statuere. Gregorius XIV. in Bulla anno 1591. docet: His novissimis diebus strenuè laboravit, & sine intermissione laborat Societas Iesu. Paulus V. in Bulla anno 1606. admonuit: Quantum Religio Societatis Iesu in Ecclesia ad fidei, pietatis, & Religionis augmentum profecerit, nos ipsi scimus, & Christiana Respublica novit universa. Gregorius XV. in Bulla quæ incipit cum itaque, dicit: Filij Societatis per universum Christianum Orbem Fidei Catholicæ rudimenta, & Christianas omnes virtutes acuraté docent. Urbanus VIII. in litteris datis ad Casimirum Poloniae Regem, dixit: Societatem Iesu in suo primitivo fervore constantissimam esse. Innocentius X. in Brevi super Societatem anno 1646. dixit: Prospero atque foelici statui Societatis Iesu, quæ viris pietate, & doctrina insignibus refferta, uberes in vinea Domini fructus iugiter producit. Alexander VII. in litteris ad Venetiæ Rempublicam anno 1656. testatur: Hoc pium illorum institutum, quod unam Divini numinis gloriam propositam habeat, pro qua augenda in omni doctrina, atque omni opere fideliter colaborat.

colaborat. Idem Clemens Decimus in Bulla Canonizationis Sancti Francisci de Borja, & in idem tendit Benedictus XIII. in Canonizatione Sanctorum Ludovici Gonzaga, & Stanislai Koska.

Hos præstantissimos alumnos Societatis sicut, & totam Societatem Iesu summis laudibus, & amore profecuti sunt Sanctus Ludovicus Bertrandus, S. Thomas à Villanova, Sanct. Carolus Borromæus, S. Philipus Neri, S. Franciscus Salesius, Venerabilis Ludovicus Granatensis, Venerabilis Bracharensis Bartholomeus à Martyribus, Venerabilis Pater Joannes Davila, Sancta Theresia à Iesu, Sancta Maria Magdalena de Pazzi, Sanctus Petrus de Alcantara, & alij bene multi.

Sed, & Sapientissimus Gravina in sua voce turturis pag. 2. cap. 17. folio 54. sequentia docet: *Certum est, quod hæc Illustrissima Societas per Sanctum Ignatium Instituta, & Authoritate Sedis Apostolicæ approbata est à Pio Quinto multis encomijs celebrata, specialibus ditata favoribus, quæ, quantum profecerit, ac proficiat, reportati fructus ex Gentilium conversione, Hæresum refutatione, vitiorum extirpatione, iuventutis educatione, librorum compositione satis ostendunt.*

**

Meri-

Meritissimé igitur hanc præclarissimam
Societatem Iesu efferunt Summi Pontifices, &
vniversa Catholica Ecclesia, siquidem ipsi pro
Fide Catholica amplianda gloriose decerta-
runt, & continuó decertant, vt de ipsa possit
absque dubitatione profferi, quod in Canticis
Canticorum cap. 3. dicitur: *En Lectulum Salo-
monis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel,
omnes tenentes Gladios, & ad Bella doctissimi.*
Pagninus legit: *Sexaginta potentes in circuitu eius
ex Potentibus.* Lectulum Salomonis Christi
Domini Ecclesia est, teste Gregorio, hanc igitur
Ecclesiam Potentes Viri famosi Societatis
ex Potentibus litterarum armis invictissimé
circundant, & propugnant. *Sexaginta Heroes
ex Heroibus,* legit Tigurina: Heroes sunt Viri
Societatis, qui Heroica, & egregia opera pro
Ecclesia indefinentér patrant: *Prævalidi
Gigantes ex Gigantibus,* construxit Syrus cum
Maluenda; vtique Prævalidi Gigantes sunt
Societatis alumni, qui contra Hæresum turbi-
nem, & tenebras, quotidie prævalent sublimes
doctrina, & sanctitate; ideoque *tenentes Gladios,
& ad Bella doctissimi Docti Bellatores,* construit
Pagninus: *Bello à sue facti;* Bessonius: *Scientes
Bellum;* Tigurina: *Gladij calami sunt, quibus
doctissimé*

7119M

doctissimè agitatæ pavidum Hæreticorum agmen enervant, & terrent. Vnde Caldeus vertit: *Universi apprehendunt verba legis, quæ comparatur Gladio, & agitant ea sicut fortes docti in Bello.*

Sic testatur Orbis in tot, & tantis Universitatibus, & Collegijs, in quibus resplendet hæc præclatissimæ Societatis doctrina sicut Sol Oriens Mundo in Altissimis Dei, Hispaniæ Salmantina, Complutensis, Vallis Oletana, Compostellana, Cæsaraugustana, Valentina, Hispalensis, Portugaliæ, Conimbricensis, & Eborensis, Franciæ, Turnonensis, & Flecensis, Austriæ Viennensis, Lorenæ Musipontina, Sueviæ Diligenſis, Bohemiæ Pragensis, Alemanniæ Moguntina, Vergæ Heiensis, Franconiæ Herbipolensis, Ciciliæ Messinensis, & Palermitana, & alij aliæ mirificæ doctrina emporia. Iubente tamen Philippo Secundo Hispaniarum Rege tradita sunt Viris Societatis Seminaria, & Collegia ad erudiendam iuventutem Anglorum, Hibernorum, & Escotorum, qui profugi à suis Regnis veneno Hæresum toxicatis confugerunt ad Hispaniæ refugium, vt patet in Seminarijs Matritensi, Vallisoletano, Salmantino, Hispalensi, Compostellano,

postellano ; & Ullissiponensi , Romæ etiam iussu Summorum Pontificum ipsis sunt dedita Collegia ; nempe Romanum , Germanicum Anglicum , Escoticum , Maronitarum , & Græcorum , sicut & indissitis vtriusque Americæ Regnis Decreto Philippi Quarti Regis Hispaniæ.

Rectissimè igitur huic præstantissimæ Societati competit illud Canticorum 4. cap. 4. Loquens Typicè Spiritus Sanctus de Ecclesia Sponsa sua : *Sicut Turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis , mille clypei pendet ex ea, omnis armatura fortium ,* Versiones Pagnini , Rabbi Salomonis , & Tigurina , ita construunt : *Ædificata est ad docendum transeuntes , ad disciplinas , ad usum dirigendi homines.* Nonne ita evidenter demonstrat hæc præstantissima Societas Iesu , tum in supra tactis , tum etiam in omni genere disciplinæ , quam toto terrarum Orbe per cunctorum ora difundit?

Ædificata est suspensioni Orium, legit Maluenda, ad propugnandum , construit Guarinus , ita Hæretici , maximè Lutherani , suspensi sunt , admirati sunt , conturbati sunt , tremor apprehendit eos ; dum hanc prævalidam Societatem tamquam murum firmissimum Ecclesiæ ere-
gione

gione conspicuunt ipsos in cinerem redigentes; & ideó mille clypei pendent ex Ecclesia, & omnis armatura fortium Virorum Societatis Hæreticorum turbam, & Phalangem strenuè debellantium : no est igitur ipsa Societas Iesu colum Ecclesiæ Turri Davidicæ comparatum.

Hac igitur de causa, meus illustrissimus Prædicatorum Ordo, qui totum terrarum Orbem, adhuc ex utero matris in meo Sanctissimo Parente Dominico lustravit, & lumine replevit, tam strenuè, & pervigiliter pro hac Sanctissima Societate in suis alumnis Prædicatoribus dimicavit : Parisijs tutatus est eam, Sapientissimus Magister Matheus Ori Ordinis Prædicatorum, Romæ eam protexit Sapientissimus Magister Fr. Ægidius Loscari eiusdem Ordinis, Salmanticæ Doctissimus Magister Frater Ioannes de la Peña : Compluti Eruditissimus Magister Frater Mancius á Sanctissimo Sacramento : Portugaliæ Venerabilis, isque celeberrimus doctrina, & Sanctitate Magister Frater Ludovicus Granatensis, sicut & Illustrissimus Bracharensis : Germaniæ hospitati sunt Viri Societatis in Conventibus Ordinis Prædicatorum, interea ipsis ædificabantur Collegia,

Collegia, quippé semper hæc præ nobilis Societas Iesu charissima fuit Ordini Prædicatorum, quare Reverendissimi Magistri Generales dicti Ordinis, & Capitula Generalia hanc Societatem Iesu singulari amore suis filijs Prædicatoribus comendarunt; sic Reverendissimus Magister Generalis Fr. Franciscus Romæus in sua Epistola ad totum Ordinem Prædicatorum, data Romæ die 10. Decembris anno 1548. admonet: *Ne quisquam vestrum huius Instituti novitate seductus, per errorem (fortassis) opugnet, eorumque detrahatur Institutis, quorum fructibus gratulari, & eorum actus æmulari debuerat, &c.* Infuper, & Reverendissimus Magister Generalis Frater Ioannes Baptista Marinis, in Epistola ad eundem Ordinem, data Romæ, die 15. Maij anno 1561. dicit: *Vultis dicam apertius? Cum inchoata Societate Iesu perseveret iugiter in nobis illa indivissibilis unio, quæ Christi tunicam decet, sit nobis utrinque anima una, & cor unum in Domino.*

Capitulum Generale dicti Ordinis Valentiniæ celebratum anno 1596. sic præcepit: *Patres Societatis Iesu plurimum inter cæteros illis commendamus, eosdem nullo pacto, verbo, vel, facto offendendo: talis siquidem offensæ (si, quod absit, occurrerit,*

verit, severam, mandamus à Prioribus, & Provincialibus, vindictam, summi. Capitulum Generale Romæ, celebratum anno 1644. Ordinatione 21. sic admonet: *Adeo circumspecte, & honorifice de Iesuitis loquantur, ut tota Christiana Respublica, nostri in eos impensissimi amoris, testimonium reddere queat.* Aliud etiam Romæ Capitulum Generale, celebratum anno 1656. idem præcepit, & se verè prævaricatores huius legis cominatur.

His respondens gratissima Societas Iesu in sua Congregatione Generali vndecima, Decreto 19. sic suos instruit erga Prædicatorum Ordinem: *Illustrissimum in Ecclesia Ordinem Sanctitate, doctrina, rebusque præclare gestis de illo meritum peculiari benevolentia complectantur.*

Quibus omnibus vtrinque amoris vinculo ligatis respondeo cum Ioanne in sua prima Canonica cap. 1. *Ut & vos Societatem habeatis nobiscum, & Societas nostra sit cum Patre, & cum Filio eius Iesu Christo, si autem in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus ad invicem.* Sic toto corde sentio, & proffero in hoc Conventu Sanctissimi Rosarij, & Sancti Patris Dominici,

Dominici Gaditano, die 12. Januarij, anno
1736.

SS. Patriarcha Protector mi,

Ad Aras tuæ celsitudinis provolutus
de missus facrat, & exorat:

Tuus fidelissimus Clientulus.

Fr. Ignatius Cattoira.

APPRO-

*APPROBATIO R. ADM. P. MAGISTRI
Fr. Michaelis del Castillo, & R. P. Fr. Thomæ del
Corral in Sacra Theologia Lector Iubilati, Prioris
Conventu Sanctissimi Rosarij, & Sanct. Dominici
Gaditani, & in dicto Episcopatu Examinator uter-
que Synodalis.*

DE mandato R. Adm. P. N. Mag. Fr. Petri de Alcalá,
dignissimi Prioris Provincialis Boeticæ Ordinis
Prædicatorum Provinciæ a vide per legimus, & cum
voluptate evoluimus Opusculum ostensivum per agra-
tionis, & prædicationis S. Iacobi in Hispania, contra
Dissertationem historicam Ullyssipone nuper editam
his contradicentem á R. P. Fr. Ignatio Cattoira, Ordi-
nis Prædicatorum, Concionatore Catholicæ Maiesta-
tis, & nihil dissonum invenimus vt subtrahatur á præ-
lo; immo potius, est non Opusculum, sed opus omnibus
numeris absolutum. Ait Sapiens Divinus cap. 9. Sapien-
tiæ: *Da Sipienti occasionem, & addetur ei Sipientia.*
Et ita accidit Author, anzam dimittenti in adventu ad
Iberos D. Iacobi sua cum dissertatione historica, qua
occasionem præbuit, vt noster R. Cattoira proferat de
Thesauro suo nova, & vetera, vetera noviter dicta,
nova specialiter prolata. Nesciebat Impugnator, quod
Author hujus Opusculi Ortus est Compostellæ, vbi
servantur Sacrosancta Apostolici Ossa, qua de causa
cum impendio propriæ quietis insurgit in defensio-
nem Patriæ juxta illud Ovidij 1. de Ponto.

*Nescio qua natale solum dulcedine cunctos,
ducit, & immemores non sinit esse sui.*

Quapropter Opusculum dignissimum judicamus, vt
publicam lucem videat, in veritatis notam, & in Patriæ
utilitatem. Dat. in Conv. Sanctissimi Rosarij, & Sanct.
Dominici Gaditano die 12. mensis Septembris anno
Dñi. 1730.

*Fr. Michael del Castillo, () Fr. Thomas del Corral,
Magister. A2 Prior.*

LICENCIA DE LA RELIGION.

FRATER Petrus de Alcalá, Sacrae Theologiae Minister, Vicarius Generalis Provincialis electus huius Provinciae Boeticae Ordinis Praedicatorum, thenore praesentium, & mei officij auctoritate, concedo licentiam Reverendo Patri Frati Ignatio Cattoira ex Provincia Castellae, Concionatori Regio, Theologo Professori, & quondam Dioecesis Compostellanae Synodali Examinatori, in praesentiarum demoranti in nostro Coenobio Sanctissimi Rosarij Portus a Sancta Maria; vt possit imprimere Librum, cuius titulus est: *Opusculum ostensivum peragrations, & praedicationis Sancti Iacobi Maioris in Hispania: contra Dissertationem historicam nuper Ullyssipone impressam, his contradicentem*; dummodo antea a probetur a RR. PP. Fratre Michaeli del Castillo Magistro, in nostro Conventu Gaditano Sanctissimi Rosarij, & Sancti Dominici Demorante: & R. P. Fr. Thoma del Corral, Theologiae Lectore, & dicti Conventus Priore; & observetur totum quod in Bullis Pontificijs, & Regalibus ordinationibus iniungitur. In quorum fidem, manu propria signavi, & sigillo minori nostri Officij obfirmare iussi. Datis in hoc nostro Regali Conventu S. Pauli Cordubensi die 9. Iunij anno 1730.

*Fr. Petrus de Alcalá,
Vic. Generalis.*

*Fr. Antonius Matheos,
Mag. & Socius.*

Registrata folio 259.

APPROBATIO

*APPROBATIO P. FR. IOANNIS A IESU
Maria, Olim Artium, & Sacrae Theologiae Prima-
rij Lect. Ex-Provincialis huius Prov. Bæticae,
& actualis primus Diffinitor Generalis Excalcea-
torum B.M.V. de Mercede Redempt. Captivorum.*

DE mandato D. Doct. D. Petri de Guzman, Cano-
nici Doctoralis S. E. Cathedralis Diœcesis Gadi-
censis, Vicarijque Generalis ipsius Episcopatus ab
Almo Capitulo in Sede Vacante nominati, legi quod-
dam Opusculum. Opusculum dixi? Vt veriùs loquar,
Bibliothecam dicam; nam licet paucis folijs compa-
ctum, doctrinas latè dispersas per innumeros libros
SS. PP. elaboratos in eo compendiosè perlegi scriptas:
& sicut in paucissimis guttis Nili, Nilum totum vene-
rabantur Ægyptij, ita in folijs paucis istius voluminis
S. S. Sapientium P. P. quasi omnia intueor volumina.
Opus est elaboratum à Rmo. P. M. Fr. Ignatio Cattoira,
Concionatore Cathol. Maiest. Theologiæ Sacrae Pro-
fessore, & Diœcesis Compostellanæ Synodali Exami-
natore. Quid mirum! Si Author ejus est splendens
scintilla manans ex facula illa totam illustrante Eccle-
siam? Quid mirum! Emispherium proprium habet
luminis fontem supremum, luminare Aquinatis Solis,
de cujus scaturigine splendida Dominicanæ Stellæ
bibentes in Cœlo Militantis Ecclesiæ, sunt pulcherri-
mæ volucres illæ in supremo vertice Hercinij Montis
nidificantes, quæ, vt itinerantibus in illis obscuris re-
gionibus viam securam parent, & præcipitantia bara-
thra aufugiant, propriarum alarum calamos in claram
lucem convertunt, & sicut calami in sacro candelabro
Fidei sunt luminosa lilia candorem veræ sapientiæ
docentes. Et quid legi in magno, licet succincto vo-
lumine isto? Legi quod in scriptis vidi. Vidi quod,
qui-

quicumque attentè legens, nisi oculos mentis claudat, luce meridiana clariùs videbit. Vidi mille clypeos doctrinæ veracis, & simul omnem armaturam sapientiæ fortissimorum Doctorum paratam; ista ad præcipitandum novum Goliath in Minervæ palæstra; illi, ad suas venenatas sagittas longissimè repellendas. Et quale est signum adversùs, quod inimicus Gigas sagittas suas evaginat è farethra? Magna Regni Catholici gloria; Adventus, scilicet, S. Iacobi Zebedæi filij ad prædicandum Evangelium in Hispania. Benè dixi, Catholici Regni gloria magna. Apud Sacrum Apostolum duplici honore gloriatur Hispania; vnus, habere in bello S. Iacobum adversùs Mauros Patronum; alter, auscultare illum in Fide Doctorem, & primum Magistrum: vterque honor valde magnus Sanctissimo Apostolo, & nostro Regno Catholico: sed dubito, qualis eorum estimabitur maior? De Psalmista Sacro ita præconat Spirit. Sanctus: David sedens in Cathedra Sapientissimus Princeps, Principem vocat, & Cathedraicum Sapientissimum nominat; sed primò nominat, in Cathedra Sapientissimum, secundò Principem vocitat. Optimè. Princeps, enim, vt Patronus Vassallos suos debet deffendere; Sapiens in Cathedra, pro munere habet docere: Et inter duos honores, nempe, docere arcana Legis Divinæ, & Cathedræ Ecclesiæ, & ab hostibus vt Princeps, & Patronus deffendere; deffendere vt Patronus ab hostibus, vt honor secundus scribitur; docere Divinæ Legis, & Ecclesiæ Cathedræ arcana, á Spirit. Sanct. ponitur in Davide vt honor primus: ergo contra honorem primum Apostoli, & primam gloriam Regni Catholici, Goliath inimicus sua iacula temerariè vibrat. O hostis audax! Si contra lucem in omnibus Ecclesijs Hispanicæ Regionis radiantem calamo tuo spiculam addis vt sagittam

tam conficias, sine dubio tenebras amas, & lucem odis, ut de Orientalibus sagittantibus Solem assererat Pli-
nius. Accedant ergò Sapientes, & appropinquent
Magistri, ut aspiciant in Palæstra armis Minervæ
rixantes. Omnes certè vociferabunt Achilem pro
Adventu S. Jacobi victricis palmam portare; hostem
simul videbunt sine medicamîne plagis jaculatū lethali-
bus: Et quibus pulvis amoris in hostem oculos men-
tis non exlecat, Dominicanum Davidem conspicient,
non solum rationis fundà jaçantem in hostem limpi-
dissimos lapides de torrente doctrinæ SS. PP. extra-
ctos, verum etiam adversarium Gigantem exprobran-
tem Hispanici Regni Israelitica agmina, Adventum
tanti Magistri audaciter obscurando, videbunt suis
propriissimis armis miserrime jugulatum. Ita in palæ-
stra sine dubio patet. Illa sylogistica tela Apostolici
Achilis desumpta ex arce hostis armorum, & in ipsum
animosè, & vivissimè retorta invenient clypeum re-
sistentem suæ veracitatis acumina? Illa solida, & ge-
nuina explanatio strictæ traditionis admittit aliquam,
nec levem contradictionem? Solùm chimerizando
traditionis veræ novam diffinitionem, & negando
communes apud omnes Sapientes strictæ traditionis
rationes, contradictionem habebit: sed contradicere
ita in Gymnasijs ignorantium invenientur circa omnia
in millia millium solutiones. Singularis, & principalis
conclusio traditionis Adventus S. Jacobi in Hispaniam
indiget, præter à Sapiientissimo Auctore allatas, aliqua
alia probatione? Adeò plenissimè eam probat, ut ex
redundantibus probationibus superabundat ad pro-
bandas, & convincendas alias ab Ecclesia admissas
traditiones: ergo suis proprijs armis temerarium
inimicum dictamen ab isto Davide Dominicano est
omnino jugulatum: si ergo aliqui cœci sunt istius
Goliæ

Goliæ militiam sequentes, veniant ad Sapiientissimum Opusculum istud, & in eo reperient aliam mirabilem fontem Siloë oculos dantem. Legendo attentè, suam mentem denigratam lavent, & oculos sine lippis videntes lucem veritatis accipient. Ita cordialiter sentio. Omne Hispanicum Regnum Auctori Sapiientissimo isti gratias debet referre pro tanto labore in deffensione Adventus sui Doctoris, & primi in prædicatione Magistri. Omnes Vniversitatum Magistri debent extollere vocem, vt hoc opus tam doctrina P.P. plenum, tam acutissimis, solidissimis, & verissimis munitum, & exornatum impressione mandetur; vt Sapientes delectentur, dubitantes convincantur, & ignorantes illuminentur. Propter hoc, & quia continet doctrinam sanam, vtilem, & ab Ecclesia approbatam, convenientissimum est, media impressione, in futuras generationes manere. Iterum ita sentio in hoc Conventu Discalceatorum B. M. V. de Mercede Redemptricis Captivorum in Civitate Gadicensi. Die 20. mensis Septembris, anno Dñi. 1730.

Fr. Ioannes à Iesu Maria.

DON

DON FRAY THOMAS DEL VALLE
por la gracia de Dios, y de la Santa Sede
Apostolica, Obispo de Cadiz, y Alge-
ziras, del Consejo de su Magestad, su
Capellán Mayor, y Vicario General de
la Real Armada del Oceano, &c.


POr las presentes, y nuestra Authoridad
Ordinaria, damos facultad, y licencia para
que pueda imprimirse vn Libro, cuyo
titulo es: *Opusculum ostensivum per argratio-
nis, & prædicationis S. Iacobi Maioris in His-
pania, contra dissertationem historicam nuper
Ullyssipone impressam huiusmodi prædicatio-
nem impugnantem*: Compuesto por el R.P.
Maestro Fray Ignatio Catoyra, Professor
Theologo, del Orden de Predicadores,
Predicador del Rey nuestro Señor, y Exa-
minador Synodal del Arzobispado de
Santiago: atento á estar visto, y aproba-
do el referido Libro por los RR. PP. el
Maestro Fray Miguel del Castillo, y el
Presentado Fray Thomás del Corral, del
mismo Orden de Predicadores; junta-
mente con el dictamen, y aprobacion del
Reverendissimo Padre Fray Juan de Jesus
B Maria

Maria, Definidor General, y Ex-Provin-
cial de la Provincia de Andalucia, del
Orden de Padres Mercenarios Descalzos,
y á que de las referidas Censuras no resul-
ta cosa alguna opuesta á nuestra Santa Fé,
ni repugnante á las buenas costumbres.
Cadiz, y Marzo diez y seis del año de mil
setecientos treinta y cinco.

Thomás, Obispo de Cadiz.

Por mandado del Obispo mi señor.

D. Lucas Lopez de Barrio.



PROLOGVS

PROLOGUS, ET OCCASIO OPERIS.

Olim, coràm Sanctissimo Clemente Octavo, adnitente Eminentissimo Baronio super celeberrima traditione Hispanica, strenuè, & constanter obtenta; de Prædicatione Evangelij à Sanctissimo Iacobi Zebedei filio in Regno Hispanico; adhibitis accerrimæ contrarietatis argumentis, ad aquas contradictionis Baronij probata; victrix est palmam adeptata, nam ipse Clemens Octavus eam novit, & Ecclesiarum Hispaniæ legitimam traditionem esse concessit. Postea reclamantibus Hispanicis Ecclesijs coram Sanctissimo Urbano Octavo, ut illamet traditio reponeretur in Breviario integra, & absolute, ut erat in eodẽ Breviario antea; visis, reinspectis, & alta indagine perquisitis huius fidissimæ traditionis fundamentis; per ignem, & aquam iterum transita, in refrigerium clarissimæ veritatis est educta; dum omnibus Christi fidelibus, in integrum restituta, proponitur ab Ecclesia in Breviario recitanda.

Novissimè, autem, diebus istis surrexit R. P. M. Fr. Michael à Sancta Maria Regius Academicus Lusitanus, illam ipsam contradictionem de victam Romæ coràm duobus Pontificibus Maximis, Ullyssipõnis suscitans in sua Dissertatione Historica, cui titulum præfixit: *De primo, potius unico Evangelij Prædicatore in Hispania Lusitaniaque, nempe S. Paulo Apostolo.* Quam Dissertationem avidè perquirens, & avidius relegens, existimans, me in ea, aliquod magni ponderis documentum inventurum, per totam noctem laborans nihil cæpi novum notabilis difficultatis argumentum; nisi arrogatem vocularum strepitum, quo totam suam Dissertationem perturbat, & nostram traditionem improbat. Ut cum S. Hieronymo contra Jovinianum

repetam: *Furiosas Apollinis vates legimus, & illud Virgilianum, dat sine mente sonum.*

At, verò, quia Sapientissimos Hispanicos scriptores calumniat, non luce veritas tractos, sed amore Patriæ allectos, hanc traditionem in dubiè prosequutos; ipsamque supra aniles fabellas, faces accensas, saxaque volantia firmatam, audacter nimis, & prolixè satis contendit, vt hanc calumniam sapientes conturbantem, repellam; evidentibus demonstrationibus arguam, & statuam contra faciem eius. Sed quipè in extollenda prædicatione S. Pauli Apostoli Hispanica totus hic Magister infudat; eò nixus, vt nostram traditionem destruat: tria assumpsi diuenda, & primò: *Præcipua fundamenta contraria reiicam*; secundò: *Responsiones nostris fundamentis obiectas diruam*; tertio: *S. Pauli Apostoli prædicationem Hispanicam, dabo incertam.*

Et, vt his adhibeam foelici tramite operam, convicia, & impropria fugiam, ductricem sequar prudentiam, veritatis respiciam metam, vt Bravium triumphî capiam; non rethorici eloquiij campum ingrediens, non Dialecticorum, nec Aristotelis spineta conqurens; ipsa Scripturam, & Sanctorum Patrum nitida pocula paranda sunt, vt ipsis, quibus adversus nos usus est testimonijs, revincatur; & vt intelligat se, & legere potuisse quæ scripta sunt, & non posse ea, quæ pietate roborata sunt cognoscere. Nam, cum veritas penes se, se vincat, & opinio apud alios, veritatem penes se, se vincentem frustrà est devincere, opinionem, autem apud alios volitantem necessè est devictam ostendere. Totum quod in hoc Opusculo teneo, S. R. E. severissimæ correctioni subijcio. Vale.

PRIMUM,



PRIMUM, QUOD IN HOC OPUSCULO
 afferro diluendum, est contrariorum fundamen-
 torum dirutio, & evidens profligatio; quod, ut
 fiat, à prima hac demonstratione
 incipio.

*DEMONSTRATIO PRIMA PRÆDICA-
 tionis Sanctissimi Iacobi Maioris in Hispania,
 à primis sæculis.*

Uipè huius Opusculi intentio
 eò properat, ut demonstrationis
 prioristice scopum obtineat,
 & illam Dissertationem pseudo-
 historicam ostendat; licuit ar-
 gumentum initiare à præstantissimis Viris, qui
 per singula sæcula, à Sanctissimo nostro Magis-
 tro, & Patrono decursa, de traditione nostra,
 testantur vera. Ut, enim, nos instruit sacra
 pagina: Ecclesiastic. 8. *Non te prætereant narratio
 Seniorum, ipsi enim didicerunt à Patribus suis, quo-
 niam ab ipsis discas intellectum, & in tempore neces-
 sitatis dare responsum.*

PRIMUM

PRIMUM SÆCULUM.

AD sunt primo sæculo, ipsi oculantes testes S. Iacobi Discipuli, de quibus sic testatur Romanum Breviarium: *Mox in Hispaniam profectus (S. Iacobus) ibi aliquos ad Fidem convertit, ex quorum numero septem postea Episcopi, à Beato Petro ordinati, in Hispaniam directi sunt primi. Quorum nomina sigillatim memorat Romanum Martyrologium die 15. Maij: In Hispania Sanctorum Torquati, Cthesiphontis, Secundi, Indalescij, Cecilij, Hesichij, Eufrasij, qui Romæ, à Sanctis Apostolis Episcopi ordinati, ad prædicandum Verbum Dei, in Hispanias directi sunt. Quorum sacra ossa singulis cuiusque locis dedita; ibi fidelium veneratione profecta, requiescunt humata; miraculorum patracione celeberrima. Torquatus requiescit Acci, idest Guadix: Cthesiphon Vergij, idest Berja: Secundus Avylæ, idest Avila: Indalecius Vrci, idest Almeria: Cecilius Illiberi, idest Elvira, propè Granatam: Hesichius Cartheiæ, idest Carcesa: Eufrasius Illiturgi, idest Andujar.*

Ex his tonitruj filij fulguribus in pluviam vberrimæ prædicationis factis: S. Cthesiphon, lib. *de Vita Christi* ab ipso tradito, Arabico idiomate, & de hoc, in Latinum à doctissimo Domino Marchione de Stepa, verso, clarissime ostendit

ostendit Sanctissimum Magistrum suum Iacobum Zebedei filium in Hispanijs Evangelium prædicatum. Originales litteras contulit cum exemplari illo, Doctor Marcus Antonins de Palau Historiæ Deniensis Author, vt evidentè ostendit in suo libro, *Thesoro de España*: Huic attestationi suffragatur Iulianus Pomerius in Archivio S. Iustæ Toletanæ; sic testificans: *Vt traditio constans est, ab Apostolicis hucusque ducta temporibus, multorum etiam veterum, Torquati, Melancij, Ctesiphontis, Honorati, & aliorum testimonijs, anno 36. S. Iacobus Zebedei Hispanias adiit. Ergo ex Breviario Martyrologioque Romano, ex S. Ctesiphonte, Iuliano, & cæteris S. Iacobi Discipulis, clarescit sæculum primum indigitans S. Iacobi in Hispanijs præconium.*

SECUNDUM SÆCULUM.

TEstantur S. Irinæus Martyr, qui anno 175. floruit, in suo libro *Adversus hæreses*, traditionem hanc edocens, & Tertullianus in libro contra Iudæos, vt ostendunt Pamelius, & Phebardentius, Irinæum, & Tertullianum illustrantes. Insuper, & Clemens Alexandrinus huic respondens sæculo: de quo Eusebius, lib. 2. Historiæ, cap. 8. refert: *De isto Iacobo Zebedei, Clemens in septimum librum Hyppotyposen historiam*

4.
-viam plenè memorabilem facit, eamque narrat, quasi
ex traditione maiorum acceptam. Ubi Ioannes
Dradèus in Scholiis ad Eusebium dicit: Post-
quam, scilicet, S. Iacobus Zebedei, prædicato
in Hispanijs Evangelio, in Iudèam reversus est.

TERTIUM SÆCULUM.

DEcoravit, S. Hyppolitus Martyr, Episcopus
Portuensis, qui anno 224. vixit, & in
Historia de duodecim Apostolis, Grecè à se scripta,
nostræ traditioni fabet, cuius liber authenticus
edocens S. Iacobum in Hispanijs Evangelium
seminasse, reperoscitur à Baronio, in notis Mar-
tyrologij Maij.

QUARTUM SÆCULUM.

Ilustravit carminum flosculis, & eruditionis
fructibus Aurelius Prudentius, temporibus
Theodosij senioris florigerans, Hispanus gene-
re, professione Christianus, qui carminum
plectris pulsat armonicum Templum S. Mariæ
de Columna à S. Iacobi erectum; sic concinens:
*Præstat adhuc, Templūq̄, gerit veneranda Columna;
Nosque docet, cunctis immunes vivere flagris.*

Et aliter:

*Sævus antiquis quoties procellis
Turbo vexatum tremefecit orbem,
Tristior, Templum, rabies in istud,
Intulit iras.*

QUIN-

QUINTUM SÆCULUM.

RApuit omnigenæ sapientiæ radijs, ad instar luminis ab Oriente in Occidens emicantis; ille vir præstantissimus Doctorum Maximus Hierónymus, qui capitibus 34. & 42. super Isaiam; tradit S. Iacobum Zebedei in Hispanijs concionatum, & ad hoc Hispaniam sibi per sortem commissam, de quo latuis infra.

SEXTUM SÆCULUM.

EXornavit S. Athanasius Patriarcha Antiochenus, Historiæ Martyrum ~~per scriptor~~ scrip- tor, qui in libro suo *de Passionibus Martyrum*. Arabicè discusso, nostrum fatetur assumptum.

SEPTIMUM SÆCULUM.

Splendore ad implevit ille vir omnis cius Hispaniæ decor, & Doctor, S. Isidorus Hispalensis Antistes, singularissimæ eruditionis superstes, qui in suo tractatu *de obitu, & vita Sanctorum*, docet S. Iacobum in Hispanijs intro- nuisse Evangelium: quem tractatum legitimum S. Isidori partum testatur S. Ildephonsus eius Discipulus: vt ostendit Bellarminus de scripto- ribus Ecclesiasticis.

C

OCTAVUM

OCTAVUM SÆCULUM.

Tenuit S. Iulianus Pomerius, Antistes Tolletanus, Historiarum Princeps, Antiquorum scrutator, qui lib. 3. contra Iudæos ad calcem libri, nostram traditionem docet; quem librum huius Principis factum indigitat Bellarminus loco dicto.

NONUM SÆCULUM.

Perdocuit rethorum peritia, & pulchritudine S. Leo Tertius eloquentiæ Pater, qui in Sermone S. Iacobi Maioris, huic nostræ assentitur traditioni.

DECIMUM SÆCULUM.

Obtinuit S. Notkerus Germaniæ Monachus litteris, & Sanctitate conspicuus, qui in suo Martyrologio die 25. Iulij, hanc prædicationem Hispaniam S. Iacobi Zebedei, monet.

VNDECIMUM SÆCULUM.

Locupletavit celebris Turpinus Antistes Rhemenfis, cuius opera commendat satis, Calixtus Secundus in Epistola ad Monachos Cluniacenses de S. Iacobo: qui dictus Turpinus distincta methodo exprimit in suo libro traditionem nostram: licet ab adversarijs reiectus; nihil interest, dum à Calixto traditur egregie laudatus.

DUODECIMUM

DUODECIMUM SÆCULUM.

Edocuit Calixtus Secundus, de quo Innocentius Secundus eius Successor sic effatur in sua Epistola de libris Calixti. *Verbis veracissimus, oratione pulcherrimus, ab apochrypha, & hæretica pravitate alienus, inter Ecclesiasticos Codices eius volumen authenticum, & clarum.* Iterum ab Eminentissimo Baronio summè laudatus, tomo 12. anno 1121. hic igitur Calixtus in prologo sui libri de S. Iacobo, diligenter adnotat S. Iacobum Zebedei in Hispanijs prædicatione micatum.

TERTIUMDECIMUM SÆCULUM.

Vidit Ioannes Belethus Doctor Parisiensis, qui in suo rationali Divinorum cap. 14. pondere veritatis ductus, sequitur S. Iacobum in Hispanijs demoratum; quod quidem rationale iniunctum legitur rationali Durandi in nova Lugdunensi Editione.

QUARTUM DECIMUM SÆCULUM.

Spectavit Nicolaus Lyranus Eminentissimus, & Sapia, & Purpura: qui super Abdiam Prophetam format Hispanicum Iacobeum eloquium.

QUINTUM DECIMUM SÆCULUM.

Amiratione rapuit ille præclarissimus Historicus omni eruditionis genere reffertus,

8.
ab Eminentissimo Bellarmino optimè laudatus
elatusque S. Antoninus Florentinus Archipræ-
sul, qui. 1. p. tom. 6. cap. 7. suæ Historiæ, nostræ
traditioni subscribit.

SEXTUM DECIMUM SÆCULUM.

PRæmonuit Franciscus Georgius, dum in suo
libro *Harmonia Mundi* dicto; Cantico. 2.
tom. 7. cap. 11. concinit S. Iacobum Zebedei
Hispanis Evangelium perductum.

Alios præstantissimos Scriptores his respon-
dentes centurijs, possem advocare; brevitati
veró consulens, omissi; quipé alios infrá ad nu-
mero exteros, vt omnis, apud dubios evanescat
scrupulus, si forté, cum M. Michaële convi-
cientur, Hispanos amore Patriæ, non veró
veritatis luce tractos, traditionem hanc profe-
quitos, nunc igitur ad oculum repellitur calum-
nia, qua M. Michaël improperat nostris, asse-
rens, hoc pondus imponere S. Isidori Hispalen-
sis humeris; nam cum S. Isidorus florisset sep-
timo sæculo, & Hispani Scriptores demonst-
rent traditionem istam sex ante sæculis, qua
lance hoc pondus librant Sancti Isidori hume-
ris? Ipsi respondeat S. Basilius Magnus lib. 1.
contra Eunomium: *Quid tu narras? Non dabi-
mus plus antiquitati? Non reverebimus Christiano-
rum multitudinem, tam eorum, qui sunt, quam*
eorum,

eorum, qui fuerunt, ex quo Evangelium prædicatum
est.

DEMONSTRATIO SECUNDA

ex Authoribus exteris deprompta.

QUIA oportet testimonium habere bonum ab
his, qui foris sunt, ut docet Apostolus ad
Thimoteum Epistola 1. cap. 3. adhibui mihi
testes fideles externos Authores, ipsis enim extra
Hispaniam natis, non competit amore Patriæ
hanc traditionem sequi; licet inviti adversarij
recipiant extraneos adstruuntur primitiùs Pon-
tificates Maximi Gelasius Secundus in Bulla pro
Ecclesia Cæsaraugustana: S. Pius Quintus in
Breviario ex Decreto Tridentini reformato.
Sixtus Quintus in diplomate, dato anno 1589.
Urbanus Octavus novissimè in Romano Bre-
viario: Accensentur in super S. Ambrosius in
Breviario Mediolanensi. Ussuardus in Marty-
rologio Kalendis Maij. Genebrardus in sua
Chronographya lib. 2. pag. 282. Lipomânus
in suo Sanctorali. Episcopus Equilinus in suo
Martyrologio. Episcopus Cabilonensis in sua
Topographya. Episcopus Genuensis in Ser-
monibus de Sanctis. Episcopus Aquinensis in
Sermone S. Iacobi. Episcopus Lodoniensis in
suo Speculo Sanctorali. Episcopus Crotonien-
sis in suo libro Rosarij, lib. 1. cap. 15. Bzovius
Historia

Historia Ecclesiastica, anno 44. Claudius à Rota in suo Sanctorali. Sancius à Porta in Sermonibus de Sanctis. Martinus Bolónus in Chronicis anno Christi 43. Bergomas in Supplemento Chronicorum lib. 8. anno 43. Nauclerus in Chronicorum volumine secundo, generatione secunda. Marineus Siculus lib. 5. de rebus Hispaniæ. Vaseus de Velga anno Christi 40. Maurolicus Abbas Mestanensis in suo Martyrologio. Mantuanus in fastis lib. 7. Harmandus Schedel in Chronicom ætatum Mundi. Petrus de Natalibus lib. 6. Sanctorum cap. 113. Pepinus in Sermone S. Iacobi. Galatinus in annotatibus ad Martyrologium 12. Kalendas Februarij. Christianus Maffeus in Chronico anno Christi 44. Arnoldus Marmanus in Theatro conversionis Gentium. Canisius in suo libro de Virgine Deipara. Ioannes Rioche in Compendijs temporum. Turre tom. 1. de Verbo Dei scripto. Alapide in Abdiam. Franciscus Baertius, & Conradus Laningus in Propylæo ad acta Sanctorum dissertatione 1. Et alij quam plurimi apud Mariana, & alios.

Verumtamen silentio tradere aliquos Sanctitate, & Sapientia præditos Hispanos, quorum auctoritas maximi fit ab omnibus; nec patitur amor, nec veritatis demonstrandæ fer-

VOR.

vor. Extat vnus pro mille , ille Valentinus splendor, & decor , de quo canit Ecclesia : *Vt Sol Vincentius occubuit.* Qui in Sermone S. Iacobi, sic prædicat : *Modo quis fuit primus Apostolorum, qui hanc legationem exequebatur eundo per mundum? Non Petrus, nec Andreas, nec Ioannes, sed Iacobus, iste venit Hispaniam prædicans de Christo; quia Christus dixit eis: Eritis mihi testes in Hierusalem, usque ad vltimum terræ; ideo Beatus Iacobus venit ipsum testificari á finibus terræ.*

Alter Valentinus Antistes, Sanctitate, & Sapientia celeberrimus, Ecclesiæ fulgor, Hispaniæ honor, Augustinianæ stirpis splendor S. Thomas de Villanova, in suis præfulgidis Sermonibus hoc ipsum Iacobeum Hispanicum præconium intonat: Rem etiam nostram roborat illæ mysticæ Theologiæ Princeps venerabilis Magister Ludovicus Granatensis: traditionem insuper nostram munit Sapientissimus Cardinalis Ioannes de Turra-cremata, cap. 20. in Matheum; sicut Granatensis in Sermone S. Iacobi: prætereá favent traditioni nostræ illi præclarissimi Viri Societatis Iesu, Eximius egregiusque Pater Franciscus Suarez, non minor Sanctitate, quàm Sapientia, qui tom. 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis cap. 6. eruditissimé, vt solet, traditionem nostram pro-
viribus

viribus ostendit perspicuam; & Gaspar Sancius eruditionis fastigium, in Acta Apostolorum ipsam tutatur accerrime, & invictissime.

Nunquid amore Patriæ tracti, & non luce veritatis ducti, traditionem nostram tuentur tanti Magistri? De Eximio Suarez, & Egregio Gaspare Sancio asserit M. Michaël non amore tractos, sed pondere rationis allectos, ipsam insequutos. Sed quid de cæteris supra tractis? Ergo, cum, eandem numero traditionem teneant, cogitur ex suis dictis fateri, non amore Patriæ, sed veritatis luce illam prosequutos; nisi velit in eadem numero assertionem, alios veritatem profitentes, alios mendacium sectantes?

Hos Sapientissimos veritatis filios, tam externos, quam proprios, conatus sum in campum huius certaminis præferre, quia, eorum nulla fit à M. Michaële memoria, fortè, ut sub insidiarum modio Lucernas præfulgidas abscondat, quæ lucis meridianæ radio veritatem nostram dilucidant, & falsitatem repellunt; sicut contra insidiosum Eunomium obiecit Basilus Magnus ubi supra: *Verum, ut arbitror, cum insidiosa obique utatur oratione, idcirco reticet, ne sermo in liberas aures incidens, incredibilis, & rejiciendus videatur.*

DEMONS-

*DEMONSTRATIO TERTIA CONTRA
illud præceptum ex traditione Thraseæ, & Apollonij
Somniatum.*

Primum, validissimumque apud contrarios
argumentum, illud est millies revolutum
ex traditione Thraseæ, & Apollonij præcep-
tum: ex Eusebio Cæsariensi lib. 5. Historiæ
Ecclesiasticæ suæ cap. 18. in fine, desumptum,
sic enim ait: *Meminit autem Apollonius, & Thra-
sæ cuiusdam Martyris, qui tamquam ex traditione
Priorum, se accepisse asseruit, Salvatorem præce-
pisse Apostolis, ut ne ante duodecimum annum ab
Hierosolymis discederent.*

Roborâtur hoc ex Clemente Alexandrino,
qui lib. 6. Stromatum, pag. 203. sic recitat:
*Propterea dicit Petrus Dominum dixisse Apostolis,
si quis ergo velit ex Israel duci pœnitentia, & propter
nomen meum credere in Deum, remittentur ei pecca-
ta. Post duodecim annos egredimini in mundum, ne
quis dicat, non audivimus.* Ex his sic arguit M. Mi-
chaël; iuxta SS. Patres Apostolorum divisio
â Iudæa, & â se invicem, facta non est ex præ-
cepto Domini, nisi eo anno decimo secundo,
sed initio eiusdem anni duodecimi, Iacobus
fuit occisus ab Herode, ut omnes docent, ergo
Iacobus præcepto illo vetitus, & morte præpe-
ditus, nec in Hispaniam venit, nec potuit venire.

D

Hoc

Hoc est contrariorum Aquiles sæpissime à M. Michaële innovatum, cui ita firmiter adheret, vt sibi videatur insolubile; & in hoc extollendo præcepto, prolixè nimis infûdat, infæliter tamen, laborem enim fingit in præcepto.

Sed, priusquam huic paralogysmo evidenter occurram; licet advertere traditionem illam in vnico Eusebio sitam, veste nuptiali exutam, Eusebij pallio coopertam in cæterarum congressum, & convivium ingredi ausam, in tenebras exteriores Luridi, & apochryphi monumenti dignam esse mitti. Nullam traditionis legitimæ ~~faciem~~ vestem, loquelam, gressumque gerens, ex Thrasea in Apollonium, & inde vsque ad Eusebij Carybdim transfretans, navicula tempestate contraditionis disrupta, naufragium est passa. Eusebium, enim, signiferum Arrianorum Coripheum præmonet S. Hieronymus in vtroque libro contra Rufinum. S. Athanasius in libro de Nicænæ Synodi Decretis, ipsum præcavet Eusebium Arrianæ farinae sectarium: septima Synodus vnanimi Patrum iudicio expullit Eusebium, vt patet in actò 5. Gelasius secundus Historiam Eusebij huius inter apochrypha retulit: Quare, ille strenuus Hæreticorum malleus Eminentissimus Bellarminus in suo tractatu de Scriptoribus Ecclesiasticis, sic ad-

admonet: *Quare mirum est, cur aliqui moderni Eusebium hunc tanto ardore defendere velint.*

His de Eusebio illius falsæ traditionis navigio, præmonitis; nunc ad ostensionem suppositæ traditionis falsissimæ pergo: iuxta S. Lucam cap. 8. Actorum: Philipus, Petrus, & Ioannes, immediatè post mortem Stheophani ascenderunt Samariam, vt ibi prædicarent, sed mors Stheophani contigit septem mensibus ab Ascensione Domini, ergo ante vnus anni decursum fregerunt Discipuli Domini præceptum? Respondet M. Michaël: Minimè; quia Hierosolyma accipitur pro tota Palestina; quia caput erat totius Palestinæ, Samaria Provincia est Palestinæ, igitur pro Samaria accipitur Hierosolyma. Quis non miratur effugium? Totam Palestinam curstat, vt in quinque Provincijs Palestinæ quinque Hierosolymas statuatur.

Sed contra: Per tē Hierosolyma supponit pro tota Palestina; sed Christus Dominus præcepit Discipulis, vt expeterent Spiritum Sanctum Hierosolymis, ergo præcepit, vt expectarent ipsum in singulis Provincijs Palestinæ? Ergo in singulis Provincijs Palestinæ erat vna Hierosolyma? Maior solutio tua est, minor est de fide, vt patet Actorum 1. *Et conuescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem*

missionem Patris. Consequentia est insolubilis, ex
tuis dictis.

Quæ ulterius probatur; ergo poterant Discipuli adimplere præceptum Domini expectando promissionem Patris, in Samaria, Galilea, Iudæa, & alijs Provincijs Palestinæ; siquidem pro omnibus intelligitur Hierosolyma: si concedis, textui Sacro iterum contradicijs, apud Lucam cap. 24. *Vos autem sedete in Civitate, quoad usque induamini virtute ex alto.* Ecce præceptum Domini Discipulos coarctans expectare Spiritum Sanctum, in Urbe Hierosolyma, sed tota Palestina non erat illa Urbs Hierosolyma: ergo præceptum Domini non mittebat Discipulos per totam Palestinam; dū ipsos iubebat sistere in Hierosolyma; si autem negaveris, ut cogaris, Hierosolymam supponere pro tota Palestina, habemus intentum: ergo dum Petrus, Philipus, & Ioannes, post mortem Sthephani ascenderunt Samariam, reliquerunt Hierosolymam; sed tunc minimè transgressi sunt præceptum, ut evidens est: ergo illud mandatum in Thraseæ, & Apollonij traditione contentum est suppositivum.

Secundó: Præceptum Discipulis impositum de non exeundo ab Hierosolymis, solum tenebat usque ad Spiritus Sancti missionem, ut patet ex supra tactis; ergo solum usque ad illud tempus
iplos

ipfos cogebat. Consequens approbant S. Irinæus lib. 3. adversus hæreses, cap. 1. & S. Leo Tertius in Sermone de Natali Apostolorum Petri, & Pauli: Ecclesia etiam in Officio Spiritus Sancti: *Hodie Spiritus Sanctus in igne Discipulis apparuit, missit eos in universum mundum prædicare.* Ergo præceptum illud solum tenuit Discipulos usque ad Spiritus Sancti adventum.

Tertió: Ad hominem contra Eusebium; iuxta ipsum lib. 2. historiæ cap. 1. ante annum duodecim conversus fuit ad fidem Christi Rex Abagârus Gentilis cum tota Regia Civitate Edêssa per prædicationem S. Thadei Apostoli; ergo ex ipso, ante duodecimum annum, exierunt Apostoli à Palestina ad conversionem Gentilium, siquidem Edêssa Civitas est Syriæ. Iterum iuxta Eusebium lib. 2. cap. 3. suæ historiæ tempore Tiberij Cæsaris, qui mortuus fuit anno quinto à Passione Domini, erat difussum Evangelium per cunctorum populos Gentilium; sic enim ait: *Cum igitur passim, iam per omnium Gentilium populos profusus esunderetur divina dignatio, ut absque obstaculo, in ipsis duntaxat initijs Evangelij sermo usque quaque percurreret, &c.* Ergo ipse Eusebius difidit suæ traditioni.

Quartó: Iuxta ipsum, Petrus Apostolus anno quinto à Passione Domini perrexit Antiochiam
vbi

vbi erexit Cathedram, eodem tempore peragra-
vit Pontum, Asiam, Galatiam, Cappadociam,
Bythiniam, indé profectus anno septimo Epif-
copátus Antiocheni, qui erat vndecimus annus
â Passione Domini, reddit Hierosolymam, vt
recté ex Eusebio ostendit Bellarminus tomo 3.
controversiæ, lib. 2. de Romano Pontifice cap. 6.
ergo ex ipso, ante annum duodecimum exiit
S. Petrus à Palestina ad Provincias Gentilicas.

His insolubilibus nodis irretitus M. Michaël,
aliud meditatur efugium; nempé, quod pro
Hierosolymis intelligitur omnis Regio, etiam
Gentilica vbi essent Sinagogæ; quia ait, præcep-
tum illud erat impositum, vt solis Iudeis prædi-
carent Discipuli Domini intra illum duodeci-
mum annum. Ecce vastissimum iter â M. Michaë-
le sine causa tritum, indubié teneo, etiam Brasilia
petiturum, vt fugiat â facie arcus; sed, cum inci-
dat in Syllam, qui vult vitare Carybdim, in la-
queum incidit ipsum â se ipso constructum; nam
qui aduersus veritatem bellum gerit, seipsum
vulnerat, quia contra stymulam calcitrât; teste
Chrisostomo Homilia 2. ad Philipenses.

Libentér, enim, solutionem illam, talem, &
tantam capientem fugam admitto, qua admissa,
sic infero; ergo Hierosolima accipitur pro omni
Regione, etiam Gentilica, in qua erant Synago-
gæ,

gæ, sed istæ erant tunc temporis in Hispania; ergo in fracto illo præcepto potuit S. Iacobus tendere in Hispania ante duodecimum annum; sicut in fracto illo præcepto, peragravit Petrus Asiam, Pontum, & Cappadociam, ante annum duodecimum; Thadeus Syriam, Andreas Achaïam, quid ad hæc? Quod autem tunc temporis essent Synagogæ in Hispania, est omnium Historicorum de rebus Hispaniæ tractantium communis sententia; vt patet de illa Toletana Synagoga à temporibus Zorobabel erecta, de Salmantina, Zamorensi, Cæsaraugustana, Granatensi, Hispalensi, & alijs eiusdem ferè antiquitatis, quæ per potentem, & efficacissimam S. Vicentij Ferrer prædicationem sunt extinctæ.

Pretereá, nifallor, ex Sacro textu Abdiæ Prophetæ cap. vnico, non obscure colligitur, Synagogas esse tunc in Hispania, pro transmigracione Iudeorum ibi commorantium; sic, enim, testatur: *Transmigratio Hierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit Civitates Austri. Bosphorus*, apud omnes Hebreos, idem est ac *Sepharad*, idest, *terminus*, vel *finis*; vt docet S. Hierónymus, Aquila, Simmachus, Theodorêtus, & alij, *Sepharad*, verò, Hispania est, vt docent Hebræi, Caldæi, Syrus, vterque Arabicus, Lyra, Arias, Vatablus, Burgensis, & alij apud Doctissimum Cornelium, igitur,

igitur, *Bosphorus* idem est, ac Hispania; quæ sistit ad Occidentem, tam quàm finis terræ, ideòque iuxta Compostellam locus est qui dicitur *finis terre*, & propè istum sistit Civitas præ nobilis antiquissima, quæ dicitur *Corumnia*, idest *Columna*; ubi extat *Columna Herculis*, quam posuit in signum suæ profectionis vsque ad vltimum terræ; omnes verò Interpretes Sacri ita explicant textum *Abdiæ: Hierosolymitani, qui ex Iudæa transmigrarunt in Bosphorum, idest Hispaniam; reversi in Patriam possidebunt Civitates Iudææ, quæ sistit ad Austrum.* Nam, quam plurimi Iudei, devastata Iudæa per Nabuchodonosor, dispersi transmigrarunt in Hispaniam, ubi extruxerunt Synagogas ad exequendos ritus suæ legis, vt moris ipsorum est; ergo infracto illo præcepto, pro nunc admissio, potuit S. Iacobus pergere Hispaniam, sicut supradicti Apostoli exierunt ad alias Gentilicas Provincias; hoc tamen dixerim, adhuc permessa illa voluntaria interpretatatione; nempe, quod Hierosolyma accipitur pro omni Regione in qua essent Synagogæ; quod falsum est.

Rectissimè, igitur, Franciscus Baertius, & Conradus Janingus dissertatione 3. *de Sede S. Petri Romana, & Antiochena*, in Propylæo ad Acta Sanctorum super Papebrochium, & Henschenium, sequentia referunt: *Ut, enim, ad salvandam tradi-*
tionem

tionem istam; Thraseæ, & Apollonij, frustra se torsit
 Henschenius, pro Hierosolymis Palestinam substituens,
 ita frustra sunt, qui eodem nituntur ad negandum
 S. Iacobi prædicationem in Hispania: si enim authori-
 tas illa subsisteret, corruerent etiam viginti quinque
 anni, qui ex eodem Eusebio adscribuntur Romano Petri
 Pontificatui; est ergo, vel Apollonij, vel Eusebij error
 hic evidens, annos duodecim, pro duobus scribentium:
 Anno Domini trigessimo octavo venit Petrus Antio-
 chiam, ubi sedit annos septem, dies octo, deinde venit
 Romam, ubi sedit annos viginti quinque, menses septem,
 dies octo. Hæc illi.

Ex quibus accipe palmarium computum:
 S. Petrus regit Pontificatum 36. annis, 3. men-
 sibus, & 15. diebus; teste S. Hieronymo in Catha-
 logo Scriptorum Ecclesiasticorum; & ipso Euse-
 bio in suo Chronicon, nunc omitto illos 7. annos,
 & 8. dies, quibus regit Cathedram Antiochenam,
 tantum inhærens illis 25. annis, 7. mensibus, &
 8. diebus, quibus sedit in Romano Pontificatu.
 A morte Christi Domini (ex qua incipit Ponti-
 ficatus Petri) usque ad mortem Petri, fluxerunt
 36. anni, 3. menses, & 15. dies: in Pontificatu
 Romano sedit 25. annis, 7. mensibus, & 8. die-
 bus; appone nunc illos 12. annos contentos in
 illo præcepto de non exundo ab Hierosolymis;
 illis 25. annis, 7. mensibus, & 8. diebus, quibus

E

sedit

sedit in Romano Pontificatu , & numerabis 37. annos , 7. menses , & 8. dies ; sed S. Petrus non supervixit à morte Domini 37. annis , 7. mensibus , & 8. diebus , vt docet Hierónymus , & ipse Eusebius ; ergo anno 10. tribus mensibus , & 8. diebus , exivit S. Petrus ad Romanum Pontificatum , nempé , anno 10. tribus mensibus , & 8. diebus à morte Christi Domini : si , ita non est , fallitur Hierónymus , & ipse Eusebius ; si ita est , vt convincitur : ergo non fuit tale præceptum de duodecim annis , nec talis traditio Thraseæ , & Apollonij subsistit : recté ergo Authores illi asseverant : *Est ergo , vel Apollonij , vel Eusebij error hic edicens , annos duodecim , pro duobus scribentium.*

Tunc sic : S. Petrus in suo Pontificatu , nedúm Iudeis , verumetiam Gentilibus prædicavit , vt de fide est , in conversione Cornelij Centurionis Gentilis , & totius familiæ eius , in ipsis primordijs Evangelij , & vt tenet concors SS. Patrum assertio , quia Pastor vniversalis Ovium Christi ; à quo accepit mandatum , sicut , & cæteri Apostoli , vt Gentiles edocerent , & Baptizarent , Mathei 28. *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos, &c.* Ergo ante annum duodecim exivit ab Hierosolyma , nedúm Iudeis prædicaturus , verumetiam Gentibus : ergo illa Thraseæ , & Apollonij traditio , non potest verificari ; eo sensu quo

M.

M. Michaël ipsam tenet, nempé, vt Apostoli solum Iudeis, & non Gentibus prædicarent. Potuit ergo S. Iacobus ante duodecim annos exire ab Hierosolymis, Hispanias edoctrus, tam propter Synagogas ibi erectas, Iudeos conuersurus, & etiam ad conversionem Gentium, propter Domini mandatum, *euntes ergo docete omnes gentes.* Quid clarius?

Nunc ad illud Clementis Alexandrini, respondeo illam positionem de summi ex quodam libro, qui dicitur *Prædicatio Petri*, omninó Apochrypho, vt testatur Origenes in Ioannem tomo 15. & Eusebius lib. 3. suæ historiæ: S. Hierónymus de Scriptoribus Ecclesiasticis; Sixtus Senensis lib. 2. Bibliothecæ in Petro, & alij ipsum respuunt, & ad notant non esse Clementis Alexandrini opusculum: eisdem ergo rationibus quibus repellitur illa Thraseæ, & Apollonij traditio, confutatur hæc Clementis impositio.

*DEMONSTRATIO QUARTA OSTENDENS
Authores nostros illam admittentes traditionem Thraseæ,
consequenter procesisse.*

ALiqui Sapiantissimi Doctores tenentes Prædicationem Hispanicam S. Iacobi, admittunt illam Thraseæ, & Apollonij traditionem, sensus

24.
tamen in quo illam permittunt, nec ad vnguem
nostræ traditioni Hispanicæ officit, licet M. Mi-
chaël ipso fugillet incoherentes, Authores
namque illi, magni nominis, & gravissimæ eru-
ditionis sunt; nempe, S. Beda, Leo Primus, Abu-
lonfis, Salmerón, Gordonius, Tirinus, Busiers,
& alij, quibus in consequentem stylum impone-
re, est arrogantér nimis loqui.

Authores, igitur tacti, dicunt, quod illo præ-
cepto non fuit Apostolis vetitum, vt ad tem-
pus exirent de Hierosolyma, & postea, illuc ten-
derent; quia S. Petrus ex Hierusalem pertransiit
Antiochiam, Cæsaream, Capadociam, Bithi-
niam, & Asiam, ante annum duodecimum, &
vndecimo anno à Christo mortuo, rediit Hie-
rusalem, alij etiam Apostoli viderunt Samariam,
& ante annum duodecimum redierunt Hierusa-
lem, sicut Petrus, Philipus, & Ioannes, vt constat,
ex S. Luca cap. 8. Actorum; ita etiam tenet Lori-
nus cap. 12. Actorum, & Barbosa 1. p. titulo 3.
cap. 8. num. 31.

Aliter, alij dicunt illud præceptum non fuisse
omnibus Apostolis impositum, aliquibus tamen,
ne omnes recederent propter Hebræorum testi-
monium, fuisse impositum, sic docet Sapientissi-
mus Bellarminus tom. 3. controversiæ, lib. 2. de
Romano Pontifice cap. 6. sic enim testatur: *Ne-
que*

que bis repugnat illa Thrasee Martyris traditio, non enim Dominus imperavit, ut omnes Apostoli ad annos duodecim Hierosolymis morarentur, id enim constat esse falsum, ex Actibus Apostolorum cap. 8. 9. & 10. ubi legimus Petrum profectum in Samariam, Lyddam, Ioppem, & Cesaream, ante annos duodecim à Passione Domini, sed, ut non omnes inde recederent in testimonium Hebræorum.

Cum autem innegabile sit S. Iacobum nostrum, immediatè post adventum Spiritus Sancti, totam Iudeam, & inde Samariam peragraffe, Evangelium declamantem, sequitur illum, non præcepto tentum; evidens illatio, notuit ergo Hispanias petere infracto, utpotè non sibi imposto præcepto. Ad illum ergo paralogysmum solvendum informa devenio, iuxta triplicem responsionem assignatam. Et primo apud negantes traditionem, negatur suppositum maioris, quia non stante tali præcepto, nec Apostolorum divulsio à Iudea, & à se invicem fuit facta anno duodecimo ex præcepto Domini; alterum ibi inculcatum, quod ex Sanctis Patribus fuerit anno duodecimo illa divulsio, negatur, nam, ut infra dabo, ex SS. Patribus constat oppositum.

Secundò respondetur, apud Authores nostros illam permittentes traditionem Thrasee, distinguendo maiorem: Apostolorum divulsio à Iudea, quoad

quoad exitum sine regressu, non est facta nisi eo anno duodecimo; conceditur; quoad exitum ad tempus, & cum regressu, negatur; solutio evidens est, quia ante illum annum exivit Petrus ex Iudea, ad Lydam, Cappadociam, Bithyniam, Thadeus Syriam, Philipus, & Ioannes Samariam, & postea redierunt Hierosolymam, sic noster Iacobus ante illum annum venit Hispaniam, & initio anni duodecimi venit Hierosolymam.

Tertio, respondetur apud alios, cum eiusdem maioris distinctione: Apostolorum divulsio a Iudea, non est facta nisi eo anno duodecimo, ex ~~præcepto Domini~~ omnes cogente, negatur; aliquos tantum inhibente, conceditur; patet solutio, qui aliqui exierunt ex Iudea ante annum duodecimum, alteris ibi manentibus, propter testimonium Hebreorum, sicut S. Iacobus Minor. Et cum evidens sit S. Iacobum nostrum petivisse Samariam ante illum annum, evidens est, ipsum minimè illo præcepto vetitum. Non ergo incoherentes sunt Authores isti illam Thralex traditionem cum nostra sic conciliantes; si enim M. Michaël hos Authores legeret, incredibile est, ipsum eos incoherentia afficere; nam, teste Basilio Seleuco, oratione nona: *Anima male affecta in veritate indaganda, veritate labitur.*

DEMONSTRATIO

DEMONSTRATIO QUINTA CONFUTANS
alias tendiculas ex illa traditione Thraseæ,
à M. Michaelē deductas.

EX dictis, veritati ad oculum congruis, destructæ patent aliquæ tendiculæ ex illa traditione illatæ.

Prima ruit, quia plus septem annis supervixit noster Iacobus, à divisione Apostolorum in suas Provincias, exequuta immediatè post compositionem Symboli, quæ Symboli constructio proxima fuit adventui Spiritus Sancti: vtrumque docet M.P. Augustinus in Sermonibus de tempore 118. & 181. *Ituri, ac discessuri ab invicem, normam prius futuræ prædicationis statuerunt; tradunt quod post Ascensionem Domini, cum post adventum Spiritus Sancti, &c.* Sic etiam docet Rufinus Episcopus Aquileiæ S. Augustino coævus, in præfatione expositionis in Symbolum: *Tradunt maiores nostri, quod post Ascensionem Domini, præceptum hoc eis à Domino datum, ad singulas quemque proficiscinationes: discessuri itaque ab invicem, normam sibi prius futuræ prædicationis in commune statuunt.* Ergo non rectè asserit M. Michaël, divulsionem Apostolorum in singulas eis sortitas Provincias evenisse post annum duodecimum; & adhuc, ex Eusebio lib. 2. hist. cap. 3. constat idem quod cum
 Rufino

Rufino edocet M.P. Augustinus. Nec Chrysostomus, Beda, Isidorus, & Gregorius Magnus, quos adducit pro divisione illa facta post annum duodecimum, loquuntur de divisione sine regressu, sed de illa perpetua existentia, & immoratione unius cuiusque in singulis suis Provincijs, á quibus post annum duodecim non redierunt Iudeam, nisi S. Iacobus Minor ibi relictus in testimonium Hebreorum.

Secunda deficit, quia illi fratres nominati in cap. 12. Actorum, non erant omnes Apostoli, sed tantum Paulus, Barnabas, & Ioannes cognominatus Marcus, finistre illos fratres intelligens M. Michæel omnes Apostolos, quando Petrus è vinculis solutus dixit: *Nunciate hoc Iacobo, & fratribus*; erat enim ille Iacobus Alphei, vel Minor: similiter perperam infert fratres intelligi præcisé Apostolos, ut constat ex cap. 11. Actorum: *Audierunt Apostoli, & fratres, qui erant in Iudea, &c.* Si soli Apostoli dicerentur fratres, non distingueret hic fratres ab Apostolis: *Audierunt Apostoli, & fratres*, cæteri Discipuli non Apostoli, etiam fratres dicebantur; ex fine igitur illius capituli 12. constat, illos fratres esse dictos Paulum, Barnabam, & Ioannem Marcum.

Tertia corrui; nam super illud ad Galatas 1. quod pro se alegat: *Alium autem Apostolorum vidi neminem,*

neminem, nisi Iacobum fratrem Domini; S. Hierónymus ipsum capit, & apprehendit, sic testans: *Non vidit autem eos, non quó contemptui duceret, sed quod illi ad prædicandum Evangelium, toto fuerant Orbe dispersi.* Nec valet, quod M. Michaël conatur, asserens hanc non esse Hierónymi sententiam; esse enim Hierónymi legitimam, ostendit Eminentissimus Hugo carensis in Prologo. Dum autem infert M. Michaël; ergo in Hierusalem erant Apostoli quando Paulus dixit: *Vidi neminem;* contra se militat. Nam ipse testatur, quod quando Paulus hæc dixit, erat S. Iacobus Zebedei dispersus per Galileam, & Samariam; ergo ex suis dictis, non existebat tunc in Hierusalem, si neminem vidit Apostolus, vnde infertur, quia neminem vidit Apostolorum in Hierusalem; ergo in Hierusalem erant Apostoli? Imó contrarium infertur, quia, vt docet S. Hierónymus: *Non vidit autem eos, quod ad prædicandum Evangelium toto fuerant Orbe dispersi.* Quid evidentius?

Quarta perit, dum infert; ergo S. Iacobus non vidit Hispanias, quia ibi paucos traxit ad fidem, vt dicunt Hispani, sed contra; per té S. Paulus prædicavit in Hispania, sed per té, tantum ibi convertit ad fidem duas fæminas Tantipem, & Polixenem, nulla alia assignata conversione facta á S. Paulo in Hispania; ergo ex tuis dictis, S. Paulus

F

lus

lus reijcitur ab Hispania, vltorius, per té S. Iacobus non vidit Hispanias; quia Hispani asserunt, tantummodo novem, aut duodecim ibi convertisse; sed per té, S. Paulus tantum duas fæminas reduxit ad fidem; ergo ex tuis dictis potiori titulo vidit Hispanias S. Iacobus, quàm S. Paulus. Quid ad hæc? Legeret M. Michaël capit. 13. 19. & 22. Actorum, & super ipsa consulat, Doctissimum Lorinum, & alios Interpretes, vt perpenderet paucissimos aliquandiù ab Apostolis conversos. Insuper M. Michaël sui ipsius immemor narrat Apostolos vberriam conversorum frugem metere ante annum duodecimum, & postea tenet, & retinet in stricta Domo Mariæ, & Ioannis Marci omnes ad vnum Catholicos post illum duodecimum annum prædicationem Apostolorum in Hierusalem testantem. Ubinam sunt, ex tuis dictis, illæ opimæ fruges, dum in vna Domo colligis tam parvas segetes? Denique ex cap. 22. Actorum constat Christum Dominum admonuisse Paulum, vt festinantèr Hierusalem deffereret, quia eius doctrinam non admitterent; Iudei etiam Romæ degentes, Pauli prædicanti obijecerunt, *de hac secta audivimus quoniam ubique contradicitur.* Patet ergo aliquandiù exiguus credentium numerus.

Quinta reijcitur; nam ex illa Authoritate
Actorum

Actorum 1. *Accipietis virtutem Spiritus Sancti, & eritis mihi testes usque ad ultimum terræ;* contrarium ostenditur: nempe, Apostolos ituros ad prædicandum immediatè post adventum Spiritus Sancti, vt suprà dedi; non ergo edocetur ibi, quod M. Michaël intendit, scilicet, ipsos in Iudæa retentos, & non per Orbem difusos, ante duodecimum annum; vt insupér patet ex Martyrologijs S. Bedæ, Ussuardi, & Adonis; nec illud, quod ex cap. 13. Actorum affert: *Ecce convertimur ad Gentes.* Nobis nocet, priusquàm enim Paulus, & Barnabas hæc in Iudeos iactarent, receperant Gentes verbum Dei; vt patet ex cap. 11. Actorum: *Audierunt Apostoli, & fratres qui crant in Iudæa, quoniam, & Gentes receperunt verbum Dei.* Quando Cornelius, & Gentes quæ cum eo erant baptizatae sunt, vt tradit caput 10. Actorum in fine, quo tempore ipse Baronius M. Michaëlis Coriphæus, tenet ostium Evangelij Gentibus resseratum.

Corruunt ergo omnes illæ mascipulæ ex illa Thraseæ traditione emanantes, nec in omni serie Actorum, & Evangelistarum colliget M. Michaël omnes Apostolos simul vnitos, à morte Stephani vt per doctè adnotavit Eruditissimus Sancius super Apostolorum Acta. Ergo illa Thraseæ, & Apollonij traditio, eo sensu, quo, à M. Michaële adstruitur, repugnat Scripturæ, Carhedræ Antiochenæ,

32.
chenæ, Romano Petri Pontificatui, traditioni
Ecclesiæ, & SS. Patrum testimonijs, ineptèque
nostræ inconcussæ traditioni obiecta.

*DEMONSTRATIO SEXTA RESPUENS
disceptationem Ruderici Toletani, cum Compostellano
Antistite.*

SECUNDUM contrariorum fundamentum, sum-
mitur ex apochrypha disceptatione Ruderici
Archipræsulis Toletani, cum Antistite Com-
postellano de Primatu suæ Metropolis differente,
tradita à Garcia de Loaisa, tractatu 1. de Prima-
tu Ecclesiæ Toletanæ, quam narrat accidisse in
Concilio Lateranensi coram Pontifice Maximo,
& Patribus, per hæc verba: *Si enim inducat Com-
postellanus Antistes primam divini verbi promulgatio-
nem, & plurimorum conversionem ad Christi fidem in
Hispania per Iacobum facta; qui divinam paginam
legerint, aut noverint, testimonium perhibeant: ego
tantum legi datum ei fuisse potestatem prædicandi in
Hispania.* Quibus auditis, aiunt, ob mutuisse
Compostellanum.

Ut, huius risu dignæ contemptibilisque fa-
bellæ, omnibus innotescat absurditas, insi-
piensque confictio, sciendum, eius originem
profusam à decreto, quod vulgo *Gundemarum*
dicitur, manuscripto, omni approbatione, autho-
ritate,

ritate, nomine Authoris, veritate; & humana credentia orbato, nec eius minima memoria fit in tali Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio congregato, vt patet ex actibus illius Synodi; etenim, si illa disputatio fuisset, indubié, saltem, in præfatione talis Concilij memorata innotesceret, vtpote, non foci habenda circa rem magni ponderis pro Ecclesiæ Toletanæ Primatu. Ipsius, enim, Decreti ridicula positio, luce clariús, eius falsitatem indigitat.

Qui Divinam paginam legerint, testimonium perhibeant. Numquid hoc est Sacræ paginæ negocium? Si hoc Sacra autoritas doceret, quæ disceptatio esset? Quale ex Sacra pagina testimonium dabitur, si ex inde, nec violenter colligitur? *Ego tantum legi datam ei potestatem prædicandi in Hispania.* Si hoc, delectione Sacræ paginæ asserat, vbi legitur? Si extra Sacram paginam, legisse contendat, ad quid eam advocat? Si veró hoc figmentum Ruderico apponat, fallitur, quipé, ante tempora Ruderici, recitabatur in Toletana Metropoli Officium mixtarabum á S. Isidoro editum; vt ipse Rudericus docet lib. 4. suæ Historiæ cap. 3. *Postquam Mauri Civitatem illam amplissimam invaserunt, permissi sunt in lege Ecclesiastici, & Sacerdotes, apud quos viget Officium S. Isidori, & Leandri, & viget hodie in sex Parrocchijs Toletanis.*

Hæc

Hæc Rudericus: sed in tali Officio mixtarabum, canitur prædicatio S. Iacobi Hispanica, vt evidens est; ergo falsó assereret Rudericus, *ego tantum legi datam ei potestatem prædicandi in Hispania;* siquidem ibi legitur ipsa de facto Hispanica prædicatio S. Iacobi.

Præterea ipse Rudericus, lib. 2. suæ Historiæ cap. 20. fatetur verissimum librum exemplar moralium S. Gregorij Magni in Bibliotheca Tolitana asservatum, sed in illo exemplari legitur S. Iacobi prædicatio Hispanica, sicut erectio Templi Sanctæ Mariæ de Columna per S. Iacobum; ergo Rudericus esset sibi contrarius, si diceret tantum legisse potestatem datam S. Iacobo in Hispania prædicandi. Insuper, ipse Garcia de Loaisa in suo Conciliorum libro testatur S. Iacobum ad Hispanias itum; sed in hoc libro, vt potè à se edito, loquitur ex mente propria, vniuersali ductus traditione Hispanica, quam ibidem approbat, ergo referens disceptationem illam ex *Gundemáro* captam, mentem tradit alienam, & non suam; aliter, firmaret sententiam sibi oppositam.

Denique, illa potestas data Iacobo ad prædicandum in Hispania fuit sibi à Spiritu Sancto concessa, quando ipsi, sicut, & cæteris duodecim Apostolis Provincias per sortem designavit,

Hif-

Hispaniam fortitam dedit; vt docet S. Hieronymus cap. 34. super Isaïam: *Spiritus illius congregavit eos, deditque eis sortes, atque divisit, vt alios ad Indos, alios ad Hispaniam peregeret, &c.* Sed incredibile est Spiritum Sanctum designasse S. Iacobo Provinciam, quam non esset visurus, neque in fide edocturus, aliter, idem posset adstrui cæteris Apostolis; ergo illa potestas, quam Gundemárum fatetur S. Iacobo datam, fuit per S. Iacobum exequuta in prædicatione Hispanica, quia non frustra sibi concessa; frustranea enim est potentia, quæ non reducitur ad actum, nec obstat, quod M. Michaël super illam auctoritatem Hieronymi construit, prætendens, quod ille alius ad Hispaniam sit Sanctus Paulus; nam vt infra dabo evidenter S. Paulus non tenuit Provinciam sibi fortitam, sed vniuersum mundum, vt docet Ecclesia: *Deus, qui vniuersum mundum S. Pauli prædicatione docuisti, &c.*

Nec satis admiratus sum M. Michaëlem, in Eminentissimum Baronium pervigilem Historiarum Atlantem, insurgentem, ipsum Palinodiam canere, & pro humana conditione dormire, asserit; Baronium sibi suppetias laturum advocat, & simul indignis pobris deturpat, in quo, quid dignum rissu commisit, & non sensit, nam cum eandem huius magni Historici fidem summis laudi-

laudibus extollat, post pauca, illam ipsam, turpissimis pobris afficiat, vt alibi contra Eunomium Basilius Magnus dicebat. Sed quare? Ipse Baronius motivum profferat, dum tomo 9. anno 816. pag. 633. sic effatur: *Hic enim ille fuit in signis Rudericus Archiepiscopus Toletanus Hispaniae historiae Scriptor, cuius, fateor, percussus auctoritate, subsisterim aliquam tisper, & revocanda in dubium, quae in notis ad Martyrologium Romanum, de adventu S. Iacobi in Hispanias, dixisse meminerim.* Hoc refert ad illam Gundemári notitiam, quam iudicavit Ruderici propriam.

Sapientis est mutare consilium, nec, antea sequuta, in dubium revocare, est Palinodiam canere, quia non est asserere contra antea dicta, sed solum indifferens iudicium tenere: nec est pro humana conditione dormire, sed sapienter, & consulto procedere, dum altiori indagine rem discutiendam reliquit Baronius; nam ipse tomo 12. annalium sic admonet: *Nobilia ergo magis laborent ingenia, quomodo per mille sexcentos annos, quod ostenditur in Ecclesia esse receptum, consistere possit, ut firmam persistat, quaeque adversantia recepta iam consuetudini, licite corrigant, & emmendet.* Sed a mille sexcentis annis recepta vigeat in Hispania haec nostra traditio, quando haec Baronius admonuit; ergo dum dubius revocat, ea, quae
antea

anteá docuerat, solum quærit, vt traditio nostra omni contradictione superata, firma persistat. Quod quidem evenit, nam Urbanus Octavus ipsam iussit victricem reponi in Romano Breviario, dubio existente Baronio.

DEMONSTRATIO SEPTIMA, CONTRA interpretationem verbis cap. 15. ad Romanos adhibitam.

Tertium aduersariorum fundamentum, accipitur ex verbis Apostoli cap. 15. ad Romanos ita scribentis: *Ita ut ab Hierusalem per circuitum, usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi, sic autem prædicavi Evangelium hoc, ubi non nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem.* Tunc sic: sed S. Paulus prædicavit in Hispania; ergo ibi non nominatus fuerat Christus per prædicationem S. Iacobi, aliás super alienum fundamentum ædificaret.

Sed contra: Per tẽ S. Paulus Romæ prædicavit, sed per tẽ ibi prædicaverat Petrus, ergo Paulus prædicavit, ubi iam Christus fuerat nominatus. Maior ex tuis dictis patet cum aúthoritate Baronij, quam tenes: *Nam causa Pauli videtur diversa esse, á cæteris, quia ipse, sicut Petrus Romæ docuit.* Minor ex tuis dictis est, ergo insolubilis sequela. Attamen profussionis

evidentiæ causa, sciendum est, Illiricum fuisse, quod nunc Sclabonia, vel Bosnia dicitur, quam cingit Mare Adriaticum ex parte Italiæ opposita: Regiones veró ab Hierusalem per circuitum, sunt Arabia, Damascus, Antiochia, Seleucia, Cyprus, Pamphilia, Pisidia, Licaonia, Syria, Cilicia, Phrygia, Galacia, Missia, Troas, Acaya, Epirus, & aliæ; sed iuxta Ecclesiæ traditionem, S. Petrus prædicavit Antiochiæ, priusquam S. Paulus; insuper, & Galaciæ, & Syriæ; S. Andreas Achaia; S. Philipus Phrygiæ; S. Thadeus etiam Syriæ in Civitate Edéssa, regnante Agabáro, quæ sunt Regiones per circuitum, de quibus loquitur Apostolus; ergo prædicavit ubi iam Christus fuerat nominatus.

Dices primó: Ergo Apostolus est sibi contrarius, & super alienum fundamentum ædificavit? Respondeo cum Chrysostomo super eadem verba: *Alienum autem fundamentum dicit, non iuxta personæ qualitatem, neque iuxta prædicationis naturam, sed secundum mercedis rationem, alioquin prædicationes ipsæ alienæ non erant, nisi quantum ad mercedem pertinebat, merces enim laborum, qui ab alijs desudati sunt, aliena erat à Paulo.* Ergo alienum fundamentum vocat Apostolus, diversam mercedis rationem, quia merces laborum aliorum non attinebat ad Paulum; non
ergo

ergo vitavit prædicare, vbi iam prædicatum Evangelium fuerat, nec sibi contrarius est, quia in aliquibus per circuitum; prædicavit, vbi nondum fuerat Christus nominatus, vt in Troade, Missia, Cypro, Pamphilia, & alijs.

Dices secundo: S. Thomas lect. 3. super illa verba eiusdem capituli: *Spero, quod præteriens videbo vos.* Sic docet: *Per quod dat intelligere, quod non intendebat ad eos principaliter venire, quia reputabat eis sufficere doctrinam Petri, qui primus inter Apostolos Romanis prædicavit.* Ergo ex mente Doctoris Angelici, non prædicavit Romæ S. Paulus, quia eis sufficiebat doctrina Petri. Respondeo Sancto Thomæ, cum ipso Doctore Angelico lect. 2. eiusdem capituli sic edocente: *Non enim vitavit Apostolus prædicare illis, quibus antea fuerat prædicatum, sicut ipsis Romanis specialiter prædicaverat, quos Petrus prius instruxerat.*

Sed instabis: Ergo Doctor Angelicus contrarius est sibi supra dicenti, quia reputabat eis sufficere doctrinam Petri. Respondeo: Quod, dum Doctor Angelicus tenet, quod eis sufficiebat doctrina Petri, loquitur de secundo adventu Apostoli ad Romanos, non de primo, in quo ipsis prædicavit; vt docet lect. 3. eiusdem capituli: *Postquam Apostolus se excusavit de præ-*

sumptione, quæ ei posset adscribi ex hoc, quod Romanos instruxerat, & correxerat, hic se excusat de eo, quod eos visitare distulerat. Ecce Angelicum Magistrum docentem Paulum Romanos instruxisse in primo adventu, in secundo autem eos non docuit, quia iam eis sufficiebat Petri instructio.

Verum tamen, ipse Apostolus, cap. i. Epist. ad Romanos, nostrum tradit intentum: *Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra anuntiatur in universo mundo. Super quæ Chrysostomus, Theodoretus, Anselmus, & alij dicunt: Quia fama, & excellentia fidei vestræ vulgatur toto Orbe Romano subiecto. At qui tunc temporis Hispania erat Romanis subiecta; ergo iam erat fides in Hispania, sed hæc Epistola scripta fuit anno 58. tribus annis ante quam Hispanias posset videre, ut omnes cum Baronio tenent; ergo prius quam Apostolus potuisset Hispanias edocere, erat iam ibi fides anuntiata, sed per te, S. Paulus prædicavit in Hispania; ergo prædicavit vbi, iam erat nominatus Christus.*

Hoc vltimum tetigi; permittendo, responsionis gratia, Prædicationem S. Pauli Hispanicam, cui non assentior, ut infra ostendam; at verò, quædam autoritas, quæ S. Ambrosio
tri-

tribuitur super hoc caput 15. ad Romanos, dicens S. Paulum non prædicavisse, vbi, iam prædicatum fuisset. Aliena pænitus à S. Ambrosio recognoscitur; nam, vt rectè observat Bellarminus tomo 3. lib. 4. de amissione gratiæ, & statu peccati: *Author commentariorum Ambrosij, in Epistolas Pauli est heretici alicuius.* Ex his, & alijs eiusdem Apostoli testimonijs ad Colossenses cap. 1. v. 5. & 23. patet clarissimè Apostolum prædicasse Evangelium Christi; vbi iam Christus erat prædicatus, quin sibi contrarietur Apostolus.

DEMONSTRATIO OCTAVA, CONTRA
fundamentum ex Epistola Innocentij Primi
quæsitum.

Quartum fundamentum contrariorum, designatur in Epistola Innocentij Primi ad Decentium, illis verbis: *Aut legant si in his Provincijs alius Apostolorum invenitur, aut legitur docuisse; quod si non legunt, quia nunquam inveniunt, oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit.* Provinciæ de quibus loquitur, sunt Italia, Gallia, Hispania, Africa, & Cilicia, in quibus videtur ostendere, nullum Apostolorum, præter Petrum, & eius Successores docuisse: ergo ex Innocentio colligitur S. Iacobum in Hispania non fuisse.

Prius

Prius quã huic authoritati evidenter respondeam, transeuntér ad noto hunc Innocentium non fuisse illum, quem M. Michaël noticiarum apochripharum disperfor, adstruit, summis laudibus ellatum à Basilio Magno, nam S. Basilius mortuus anno 380. vt tradit Sixtus Senensis lib. 4. Bibliothecæ, & Innocentius iste electus fuit Pontifex Maximus anno 402. vt patet ex Cathalogo Pontificum: mortuus igitur est Basilius viginti & duobus annis ante electionem Innocentij; surrexit ergo à mortuis Basilius, vt laudaret Innocentium, si M. Michaëlis credatur figmento; est enim ille Innocentius à Basilio laudatus, alter Innocentius Episcopus, qui non, in Summum Pastorem fuit datus.

Nunc autem ad hominem insto: Per té, Barnabas, & Philipus per venerunt ad Galliam, & Liguriam, vt ibi prædicarent, vt tenes cum Baronio, sed istæ Provinciæ negantur ab Innocentio omnibus Apostolis, excepto Petro, & eius Successoribus, ergo contradicis Innocentio, maior patet ex tuis dictis, minor constat ex dicta authoritate, consequentia est legitima; ergo dicta authoritas contra te militat, aut tua contra Innocentium. Præterea, Baronius à te aductus, vt tibi suppetias ferat, sic docet: *Cum*
igitur

igitur idem Innocentius agens detraditis in Occidente Apostolicis institutis, eos, in quos scripsit, provocat à Romanæ Ecclesiæ Ritus. Ergo iuxta Baronium, intentio Innocentij erat Occidentales trahere ad Romanos Ritus, à S. Petro, & eius Successoribus originem acceptos; ergo extra intentionem Innocentij, adducitur Innocentius contra prædicationem Apostolorum in illis Provincijs, quia illa prædicatio diversa est, ab illa observatione Rituum, quos illis præscripsit Innocentius.

Insupér, de fide est S. Paulum ad Italiam devenisse, vt constat ex cap. 28. Actorum, sed per té S. Paulus Romæ docuit, & Hispanos instruxit; ergo contra Innocentium pugnas, siquidem Italia, & Hispania solúm S. Petro, & eius Successoribus tribuuntur ab Innocentio; ergo ex tuis met dictis cogere asserere non esse mentem Innocentij subtrahere has Provincias alijs Apostolis, vt in ipsis veritatem fidei edocuiisset. Huic insolubili nodo occurrit ex Baronio M. Michaël, dicens: *Quod causa Pauli diversa est à cæteris, quia ipse sicut Petrus Romæ docuit.*

Sed contra primó: Per té S. Paulus Romæ non docuit, vt tenes super caput 15. ad Romanos supra tactum, sed per té nunc Romæ docuit;

44.
cuit; ergo Palinodiam recantas, & pro humana conditione dormitas, sicut supra, Baronio attribuebas: Secundó, per te, Barnabas; & Philipus prædicaverunt in Gallia, & Liguria Provincijs interdictis ab Innocentio omnibus Apostolis, excepto Petro; ergo causa Pauli non est diversa à cæteris, licet Prædicaverit Romæ, quia etiam duo Apostoli prædicaverunt in Gallia, & Liguria; ergo velis, nolis, teneris fateri, Innocentium non interdicere itionem Apostolorum in illas Provincias, sed solum præscribere illis, in quos scripsit, Ecclesiæ Romanæ Ritus, cui observationi nullus Apostolus fuit alius, idest, *contrarius*. Ut explicat Glossa cap. ultimo, distinct. 2. ipsa Innocentij verba hoc clarè ostendunt: *Oportet eos hoc sequi, quod Romana Ecclesia custodit, à qua principium, eos accepisse, non dubium est.*

Illi, igitur, quos Venerabilis Petrus Apostolus instituit ad Hispanias Sacerdotes, Discipuli fuerunt S. Iacobi nostri, vt tradit Romanum Breviarium, & Martyrologium: *Mox in Hispaniam profectus (S. Iacobus Zebedei) ibi aliquos ad fidem convertit, ex quorum numeros septem postea Episcopi à Beato Petro ordinati, in Hispaniam primi directi sunt; & de istis (quoad Hispanias) loquitur Innocentius: ergo extra mentem*
Inno-

Innocentij adducitur illa authoritas, vt neget prædicationem Apostolorum in illis Provincijs, adhuc insistendo literaliter verborum constructioni.

Denique, hæc Innocentij Epistola reperitur in Compilationibus Gratiani, Ibónis, Anselmi, Burcardi, & aliorum; ideoque authentica traditur, quare igitur, cum in eisdem Compilationibus legantur Epistolæ Anaclêti, Clementis, Calixti, & aliorum, eâdem authoritate Compilantium fulcitas, hæc, non creduntur veræ, sicut aliæ? Cur, si, in eodem libro indivisibili authoritate roborato, vtrumque traditur; vnum verum, alterum falsum reputatur? Sed facilis est contrarijs evasio, quia in istis Epistolis Anaclêti, Clementis, & Calixti, ostenditur prædicatio Hispanica S. Iacobi, non verò in alijs; ecce solutionem, manifestam aversionem contrariorum S. Iacobi in Hispanijs prædicanti, indigitantem. Singulis autem ad versarijs poterat respondere Gratianus:

Meus est, quem legis, hic, fidentine libellus;

Sed ex quo male legis, incipit esse tuus.



H

DE-

DEMONSTRATIO NONA CONTRA FUNDAMENTUM ex silentio Sanctorum Patrum antiquorum, petitum.

QUintum aduersariorum fundamentum statuitur in silentio SS. Patrum, in quo, aiunt, sepultam traditionem nostram; & ideo sic M. Michaël intonat: *Non ideo Sanctos Patres, quos cito, accensendos esse pro negatione huius adventus, sed quia Paulinam prædicationem in Hispania sic adstruant, ut Iacobeam consequenter destruant.* Pro evidentiori huius inanis positionis repulsione; admitto pro nunc, prædicationem S. Pauli Hispanicam, qua admitta, inquiri; vn de infertur Sanctos Patres Iacobeam prædicationem Hispanicam destruere, ex quo Pauli prædicationem in Hispania adstruant? Respondet M. Michaël, quia S. Paulus non prædicavit, vbi iam Christus fuisset proclamatus, at hoc inane commentum supra evidenter ex suis dictis relinquo destructum, demonstratione septima.

Ponamus nunc duplicem Sanctorum Patrum cætum, vnum silentium, alterum edocentium prædicationem Iacobeam nostram, inquiri, cui cætui adhæret, M. Michaël, cætui tacentium, an Phalangi loquentium? Respondet, se credere silentibus, & loquentibus dissen-

diffentiri, ita fatetur; statuamus etiam, alterum duplicem cætum Sanctorum Patrum, vnum prædicantium, alterum Pauli prædicationem Hispanicam non docentium; cui ex istis adhæret? Quem sequitur ex his? Dixit, quod sequitur loquentes, & silentes refugit; ergo hæc contradictio à te posita, non est, quia deficiant Sancti Patres pro S. Iacobo loquentes, sed præcisè, quia hic est S. Iacobus, & alter est Sanctus Paulus? Hoc evidens est; nam, cum pro utroque Apostolo extent SS. Patres loquentes, quare respuis loquentes pro S. Iacobo, & recipis edocentes pro S. Paulo? Maximè, cum ijdem numeró quam plures sint, vt S. Isidorus, S. Hyppolitus Martyr, S. Gregorius Magnus, Abulensis, S. Beda, & alij, qui vtrumque Apostolum edocent in Hispanijs Evangelium prædicasse; quare ergo respuis hos ipsos pro S. Iacobo, & eosdem admittis pro S. Paulo? Quid ad hæc? Si hoc iudicas obsequium S. Paulo exhibitum, falleris, quia Sancti, falso non egent honore, veris cumulati honorum titulis, infulis dignitatum. Sed ad alia, quæ in sua Dissertatione profequitur deveniamus.

Cum nec Patrem aliquem antiquum, & Iacobi temporibus proximiorum, nec documentum aliquod supradicti generis adducant, adventum hunc non

probat, sed ex opposito talem adventum nunquam
extitisse ex silentio omnium Patrum, omniumque
antiquorum documentorum qui eius rei testes esse
possint; nec satis est dicere S. Isidorum, S. Iulianum,
& Bedam eum adventum testari, primò, quia loci
illi ficticij sunt; secundò, quia, & si dixissent, nihil
nos cogeret eis assentiri, nam sine duce, sine teste post
sex amplius secula rem affirmarent. Hæc ille.

Dum huiusmodi verba, prima vice in tali
Differtatione perlegi, oculis meis non credens,
alteris legenda tradidi; existimaveram, enim,
oculos proprios mihi illudere, nam talia à viro
Religioso meditata absurda refugiebam cog-
noscere, rectè talis calumnia in Sapientissimos
Viros propulsa, M. Michaëli, illam in para-
bolis Salomonis sententiam cap. 18. adapat:
*Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris,
quæ versantur in corde eius.* Ut autem, respon-
sioni evidentissimæ talium verborum insistam,
sicut, & in singulis huius Opusculi responsio-
nibus prætendo, necessarium iudicavi, singula
illius convicij percurrere dicta.

Et primò; Patrem aliquem antiquum Iacobi
temporibus proximiorum, nos non adducere,
solemnis falsitas est; nam supra: Demonstra-
tione prima, ab ipsis met S. Iacobi Discipulis,
per singulas centurias à Iacobi temporibus,
vsque

vsque ad sæculum sextum decimum decurfas, legitimas adducimus SS. Patrum antiquorum sententias in puris fontibus ebibitas, non turbidas, ex cisternis dissipatis haustas, vt illæ, quas M. Michaël dispergit per aridum suæ Dissertationis campum, truncatæ, mendosæ, apochryphæ, terminis authorum spoliatæ, ab origine proprio aberrantes, & per in via deserta decurrentes, vt re ipsa, vidimus, & non sine admiratione relegimus, & vt legentibus totum hoc Opusculum, luce clariús, dabimus. Silentium SS. Patrum sæpijssime nobis opponit, cum enim ipse pro hac elucidanda controversia SS. Patres, nec audisset, nec vidisset, imó, nec atrectasset, recté SS. Patres silentes vocat, quia furdo loquentes silent, cæco illuminantes non lucent, oculos habens non videt, aures habens non audit, sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, & noluit audire vocem incantantium.

Sanctos Isidorum, Bedam, & Iulianum, à nobis fictè citatos contendit, at in hoc sibi offendit; per te, S. Isidorus, & Beda tenent S. Pauli itionem Hispanicam, sed libri illi in quibus hoc docent, sunt, *Libri de Obitu, & Vita Sanctorum S. Isidori, & Colectaneæ S. Bedæ*, in quibus numeró libris tenent S. Iacobum in Hispanijs

panijs demoratum ; ergo si libri isti ficti sunt pro S. Iacobo, cum idem numero libri sint, sunt etiam, à te conficti pro S. Paulo? Quid huic insolubili positioni respondebis? S. Iulianum reijcis fictitium? Confule Bellarminum de Scriptoribus Ecclesiasticis, vt discas reticere, qui nusquam didicisti loqui.

Hoc autem retiaculo casus, inde nisus evadere, alium scopulum per rimulas præ tendit obtinere, dicit enim, quod, & si Sancti Isidorus, Beda, & Iulianus rem nostram agerent, nihil eum cogeret ipsis assentiri, quia sine duce, & teste, post sex amplius sæcula rem affirmarent; cui deliranti verbulo, respondetur cum S. Irinæo lib. 6. cap. 2. adversus Hæreses Gnosticorum: *Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ per successiones in Ecclesiarum custoditur, provocamus eos, adversantur traditioni dicentes, se non solum Presbyteris, sed etiam Apostolis existentes sapientiores, sinceram invenisse veritatem.* Sic M. Michaël sapientior Isidoro, Beda, & Iuliano, in sui dictamine habitus, asserit, quod nihil cogeret eum ipsis assentiri.

At, cum cæcus cæco ductus in foveam cadat, cæcus Magister iste ductus dictamine cæco, in profundioremlabitur cryptam; sic enim audet proferre contra Egregium Concilium Toletanum

num

num quartum, in quo floruerunt sexaginta duo Episcopi ex Francia Narbonensi, & ex Hispania, Præsidente Isidoro Hispalensi, de quo Baronius ad annum 633. sic loquitur: *Ex quibus dubitare non licet fuisse idem Concilium, eiusdem Isidori nobilem partum, cæterorumque Episcoporum sententijs exornatum, non ni Spiritus Sancti illustratione.* Huic igitur præstantissimo Episcoporum cætui nostram traditionem edocenti, defensanti, & firmiter amplectendam monenti, sic M. Michaël detrahit: *Non potest non, veritate cogente, inferri Patres illos quarti Concilij Provincialis Toletani, non admodum fuisse versatos, in traditionibus Apostolicis, doctrina Conciliorum Generalium, & lectione Antiquorum Patrum.* Ut cum S. Basilio lib. 1. contra Eunomium dicam: *Universam eius apposui dictionem, ut perspicua fiat istius viri vanitas in dicendo, qua ubique per totam orationem utitur.* Illi igitur inverecundo probroâ Catholico pænitus fugiendo, vtpoté manifesto erroris convicio, respondendum statuo, quod Iovinianum lib. 5. Hierónymus iactavit: *Totus tumet, totus iacet, atollit se per singula, & quasi debilitatus coluber in ipso conatu frangitur.*

Denique ipse Baronius, quem M. Michaël pro se advocat, sic de Sancto Paulo, quoad Hispaniam, testatur: *Resgestæ Pauli in Hispania,*
sicut

sicut & eius acta remanserunt inopia Scriptorum prorsus obscura ; si obscura , ergo sine luce , si scriptorum inopia , ergo sine duce , & teste , ecce apud Baronium M. Michaëli advocatum , sine luce , teste , & duce , S. Pauli prædicatio Hispanica. Ergo ex ipso Baronio , illud silentium Patrum competit S. Paulo , minimè Sanct. Iacobo.

DEMONSTRATIO DECIMA OSTENDENS monumenta documentaque à primis sæculis , pro hoc adventu S. Iacobi Hispanico.

NEC documentum aliquod , nos ostendere pro hoc adventu , ideóque improbatum relinquimus , contendit M. Michaël , sed per quam sinistrè hoc susurret , evidenter demonstro , & primò de monumentis.

Primum præstantissimum que extat Templum Cæsaraugustanum S. Mariæ de Columna , de quo infra sigillatim , hoc vnicum , & non amplius , tot Pontificum testimonijs diplomaribusque fulcitur , à S. Iacobo erectum , super est ad traditionem nostram illa *Columna* stabi- liendam inconcussam.

Secundum : Ad radicem Promontorij Celtici , vulgo *el Cabo de finis terræ*. Insidet ædicula à S. Iacobo in honorem Deiparæ erecta , Ecclesiæ illius Villulæ inserta vsque ad octo cubito- rum

rum longitudinis, & sex latitudinis extensa, quam reinspexi antiquissimam, monentem illam devastationem *Arae Solis* in planitie illius Promontorij tempore Gentilium habitæ, in qua numen adorabant Solem (& ideo *Ara Solis* vocabatur planities illa) ex altissimo Monte *Pindo* è Regione sistente, quam aram, & cultum falso numini exhibitum protrivit intrepidus S. Iacobus miraculis terrenis Gentiles feroces accolæ oræ Maris, cui aptari poterit illud Davidicum fortè de S. Iacobo propheticum: *A finibus terræ ad te clamavi dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me clamavit è finibus terræ; dum dolens Barbarum cultum, opem divinam exoravit vt obtineret protritum, & hoc triumpho capto, cecinit, in petra exaltasti me, in petra illius Arae destructæ.*

Tertium: Iriæ flaviæ, decurrunt mirabilis fontis rivuli, miraculis, sicut vndis scatentis, quem S. Iacobus, velut alter Moises, baculo rupem percutiens, aperuit, in cuius fide hauriunt sacri fontis limphas infirmi, & ecce accinguntur robore; ô vos, nostræ traditioni increduli loquimini ad petram, & ipsa mollior vobis, intellectum vobis dabit, & instruet vos in via hac, quia ibi percussa est petra, & fluxerunt aquæ, loquimini ad petram.

I

Quar-

Quartum: Alia, ibi clarescit memoria antiquissima, in ædicula vulgò nominata *Sancta Maria de Iria* à S. Iacobo Sacratissimæ Deiparæ libata, sistit illa extra opidum nuncupatum *Padron*, idest, *Patronus*, tum quia ibi S. Iacobus dum in viuis degeret extitit, tum propter eius Sacrum Corpus illic appulsum inter duo flumina Uliam, & Tarem, & ideo per antiquo nomine mutato *Iria fluvia*, idest, *fluvius Iris* numinis illic venerati à Romanis delituit in hoc el *Padron, Patronus*, à nostro inclyto Patrono Hispaniarum.

Quintum: Ex privilegio Regis Ranimiri Ecclesiæ Compostellanæ concessio, quia Regi, & alijs apparuit S. Iacobus, in illo contra Mauros certamine, quod dicitur *la Batalla de Clavijo*; sic Regi locutus: *Numquid ignorabas, quod Dominus noster Iesus Christus, alias Provincias alijs fratribus meis distribuens, totam Hispaniam meæ tutelæ per sortem deputasset?* Hoc dixit, prius quam triumphum contra Mauros obtinêret, quem tanto Duce obtinuit. Quod quidem cum his verbis privilegium legitur manu propria Regis signatum, sicut & manu Reginae Urracæ Sponsæ, Regumque Ordoño, & Garcia, sexque Episcoporum Rubricis, & aliorum Heroum oculantium testimonio præmunitum. Quid clarius?

clarius? De monumentis satis, nunc ad documenta pergo.

Primum ex S. Caledonio Antistite Bracharenfi, in vita S. Petri Rastitensis, sic testante: *Bracharam venit, scilicet S. Iacobus, ubi sacrat eidem Domine aliam ædiculam in crypta, propè Balnea.* Nempe in illo loco, in quo iacebat miræ magnitudinis Templum, Isidi Ægyptiorum Divæ deditum, aliam ædiculam dicit, quia illam Cæsaraugustæ erectam indicat.

Secundum: Ex S. Athanasio primo Episcopo Cæsaraugustæ, S. Iacobi Discipulo, ab Episcopo Tudensi in suo antiquitatum libro, & Doctissimo Patre Olivenza recognitum, sic ait: *Ego novi S. Petrum primum Episcopum Bracharensem (hic est S. Petrus Rastitensis) quem antiquum Prophetam suscitavit S. Iacobus Zebedei Magister meus, hic vir Apostolicus, acceptis à S. Iacobo Apostolicis institutionibus, venit Bracharam; confirmatque concilium Bracharense sub Pancratio celebratum, sic tenens: Præcipuè de Patre nostro huius Regionis Petro Rastitensi, quem ad salvandas animas Iacobus Domini consanguineus dimissit.*

Terrium: Ex Codice antiquissimo litteris Gothicis dato, in Cœnobio Sanctæ Crucis Conimbricensi servato, in quo legitur Epistola

56.
Hugonis Episcopi Portuensis, sic docentis:
Sanctus Petrus Civis Bracharensis, qui & Samuel
dictus, à S. Iacobo Ioannis fratre suscitatus, in Episcopum
Bracharensensem consecratus est, & ab eo missus,
multos ibi eius generis etruscos dispersos, & Gentiles
convertit. Traditur hic S. Petrus suscitatus à
mortuis per S. Iacobum, cum sexcentis annis
fuisset mortuus, Iudæus genere, antea Samuel
Iunior dictus, in illa Provincia Ratistensi
Lusitaniæ humatus, & ibi à Iacobo vivus reddi-
tus, vt docet Marcus Antonius Palau, in suo
Thesauro Hispanico.

Sit quartum; idque super omnia validissi-
mum, vnanimis Ecclesiarum Hispaniæ tradi-
tio, cui, adhuc obnitente Baronio, noluit Cle-
mens Octavus contraire: *Mox in Hispaniam*
venisse, Ecclesiarum illius Provinciae traditio est,
vt patet ex Breviario à se reformato, & vt docet
Lorinus: *Huic tamen traditioni, quæ magni*
merito fieri solet, noluit Clemens Octavus derogare.
His, tamen M. Michaël, sapientior Clemente,
& omnibus, nititur repugnare; sibi respondet,
& simul corrigit sui iudicij pertinatiam, Sanct.
Athanasius Homil. 3. de Incarnatione contra
Samosatenum: *Qui, ea, quæ ultra vires suas sunt,*
indagat, in præcipiti consistit, qui vero traditionibus
inheret, extra periculum versatur. *Suademus igitur*
vobis,

vobis, quod, & nobis ipsis suademus, ut traditam fidem retineatis, & aversemini prophana novitatis verba.

Alteram S. Augustini sententiam cap. 14. ad Honoratum, adduco, vtpotè, tanti Parentis dignissimam venerari: *Nullis me video credidisse, nisi Populorum, atque Gentium confirmatæ opinionioni, ac fame admodum celeberrimæ, hos autem Populos Ecclesiæ Catholicæ misteria usquequaque occupasse. Cur igitur non apud eos diligentissimè requiram, quid Christus præceperit, quorum auctoritate commotus, Christum aliquid utile præcepisse iam credidi? Tu, ne mihi meliùs expositurus es, quid ille dixerit, si abste mihi commendaretur esse credendum?* Huic Magni Parentis documento, respondebit sanè, M. Michaël, se meliùs exponere, quid circa S. Iacobi prædicationem Hispanicam sit tenendum, quam omne Regnum Catholicum, in quo huius traditionis fama admodum celebris versatur; potiùsque ad Eusebium, Gundemârum, Illiricum, Innocentium, & silentium Patrum, iturum, & denique ad Natalem Alexandrum, & Baronium, ut ex ipsis, partim apochryphis, partim dubitantibus, & silentibus, partimque nihil de hac traditione tractantibus, accipiat, & inveniat S. Iacobum minimè in Hispanijs demoratum. Ecce Magni Augustini

tini

tini Discipulum. Omnibus ergo monumentis documentisque, nostram traditionem stabi-
lientibus possumus indubié canete.

*Priscaque ne veteris vanescat gloria seculi
Vrvida defensant, quæ monumenta damus.*

Hæc præcipua sunt, quæ nobis adversarius obijcit, & quid quid aliud obstandum construit, reducit ad ista, hocque primum est, quod in Prologo Eucleandum promissi. Secundum quod in eodem Prologo obtuli, est destruere responsiones nostris fundamentis ab Adversariis oppositas: *Quod ut evidentér fiat, á sequenti demonstratione principium duco.*

*DEMONSTRATIO UNDECIMA,
ostendens traditionem nostram, verissimæ traditionis
notis insignitam.*

TRaditionem nostram esse Anchoram Sacram, ad quam eius Propugnatores confugiunt, illamque nullius roboris esse, quipé legitimæ traditionis notis careat, contendit, M. Michaël, addens, Cardinalem Aguirre, & Eximium Suarium, esse, qui, ad eam suadendam veram, præ cæteris insudant, inanem veró posuisse operam ad illam propugnandam legitimam. Ipse tamen Adversarius in ea expugnanda, oleum, & operam perdit, dum investi-
gandæ

gandæ traditionis rudimenta præterit, nec particulis traditionis, qualis est nostra, elementa quærit; siquidem de vniuersali traditione solummodo loquuntur Sancti Patres, quos pro se citat, vt perspicuum est; sciendæ ergo essent ab ipso traditionum acceptiones, & differentia, in quibus discutiendis inventus est minus habens.

Quid sit traditio? & eius definitionis explicatio.

Traditio est Doctrina Arcana, & Sacra, ex animo in animum à maioribus in posteros, medio intercurrente verbo, transfussa, Arcana; designat causam finalem, quia ad occultanda Divina Mistéria infidelibus, & Cathecuminis ordinatur traditio, Sacra, ad differentiam profanæ traditionis: *Ex animo in animum*, signat causam materiale subiectivam traditionis, *à maioribus in posteros*; ostendit causam instrumentalem, quæ reducitur ad efficientem: *Medio intercurrente verbo transfussa*; exprimit traditionis formam, consistit enim in verbo Dei, voce tradito.

DISTINCTA TRADITIONIS

acceptio.

Tripliciter vsurpatur traditio, latissimè, contractiùs, & strictè; latissimè pro doctrina quovis modo primitiùs tradita, scripto, vel

vel verbo, vt constat ex Exodo cap. 17. *Scribe monumentum hoc in libro, & trade illud auribus Iosue.* Contractiùs, pro doctrina ore priùs accepta, siue mandetur postea scriptis, vel non, vt ex illo ad Thesalonicenses cap. 24. *State, & tenete traditiones, quas didiscistis, siue per Sermonem, siue per Epistolam nostram.* In quo sensu Evangelium est traditio, quia prius ore pro latum, postea scriptum. Strictè, pro doctrina, ore à maioribus, posteris consignata; & hæc rigorosa traditio à doctrina scripta contra distincta, est sicut plurima; quæ tenet Ecclesia, nulla testante Scriptura, sicut Consecratio Olei Baptismi, & Unctionis, renunciare Satanæ, & eius Angelis, quod versi ad Orientem præcemur, & alia quæ S. Basilius Magnus tradit, lib. de Spiritu Sancto, cap. 27.

DIVISIO TRADITIONIS.

TRaditio, alia est Divina, alia Apostolica, & alia Ecclesiastica; Divina, quæ ab ore Dei, de qua S. Cyprianus, Epist. 23. *In Calice offerendo Dominica observetur traditio.* Apostolica, quæ ab Apostolis, de qua Chrysostronus Homilia 3. ad Philipenses, cap. 4. *Non frustra ab Apostolis sancitum est, vt in celebratione venerandorū mysteriorum, memoria fiat eorum, qui hinc discesserunt.*

rum. Ecclesiastica, quæ ab Ecclesia, de qua S. Hieronymus in Epistola ad Lucinum: Traditiones Ecclesiasticas, quæ fidei non officiant, ita observandas esse, ut, à maioribus traditæ sunt.

Traditio Ecclesiastica, alia est vniuersalis, particularis alia: Vniuersalis est, quam tota vbique terrarum observat Ecclesia, sicut celebratio diei Dominicæ, Cathedra Antiochena S. Petri, & aliæ: Particularis est, quam tenent privata Ecclesiæ, sicut apparitio Sacratissimæ Deiparæ Sancto Ildephonso in Ecclesia Tole- tana; & eidem Sancto, Sanctæ Leocadiæ appa- ritio ibidem, & requies Corporis Sacri Sancti Iacobi in Ecclesia Compostellana, & aliæ de quibus S. Hieronymus Epistola ad Lucinum: *Vna quæque Provincia suo sensu abundat, & præ- cepta maiorum leges Apostolicas arbitratur.* Et Ter- tullanus, lib. de Velo Virginum: *Non possumus respicere consuetudinem, quam damnare non possu- mus, cum quibus, scilicet, communicamus, una Ecclesia sumus, ita nostrum est, quod cumque nostro- rum est.*

His pro legitima traditionum indagatione præmonitis, quorum immemor M. Michaël, aut inscius, inipienter nimis nostram respuit traditionem. Dico primò: Dato, & minime admissio, Sanctorum Patrum huius nostræ tra-
K
ditionis

ditionis silentio, *sufficientissimè* illam ostenderent legitimam Ecclesie Hispaniarum.

Probatur hæc assertio: Primò, ex S. Irinèo lib. 3. adversus hæreses cap. 4. *Cum summa diligentia debemus apprehendere, & diligere veritatis traditionem: Quid, enim, si quibus de aliqua modica questione, disceptatio est? Nonne oportet in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conversati sunt, & ab eis de præsentì questione summere, quod certum est? Quid autem, si, neque Apostoli, quidem, Scripturas reliquissent nobis? Nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt his, quibus committebant Ecclesias?* Ecce præclarissimum rādium, methodum investigandæ traditionis præstantem; ergo libentèr admissò illo confictò Sanctorum Patrum silentio, ad Ecclesias Hispaniæ, recurrendum est, vt hæc traditio nostra indagetur, hic enim de traditionibus particularibus loquitur S. Irinèus: *Nonne in antiquissimas oportet recurrere Ecclesias. Ergo ab antiquissimis Hispaniæ Ecclesijs quærere oportet huius traditionis originem, siquidem apud cunctos, saltèm viri Apostolici Apostolorum Discipuli, in ipsis conversati sunt, vt dicit S. Irinèus: Nonne oportet ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt his, quibus committebant Ecclesias?*

Secundó : Ex Tertulliano, lib. de Corona, cap. 3. *Etiam in traditionis obtentu exigenda est (inquis) authoritas scripta; ergo, & quæramus an traditio, non scripta debeat recipi? Quomodo enim usurpari potest, si prius traditum non est? Quomodo enim tot, & tantæ Hispaniarum Matrices Ecclesiæ usurpaverint traditionem nostram, si prius non fuisset traditum Hispanicum S. Iacobum præconium? Ergo licet hoc non fuisset scriptum, sufficit Ecclesiarum testimonium.*

Tertió : Ex Magno Parente Augustino, Epist. 86. ad Casulanum : *In his rebus de quibus nihil certé tradit Scriptura Divina, mos Populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt, de quibus si voluerimus disputare, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio, ubique cavendum est, ne tempestate contradictionis, Caritas obnubiletur.* Ergo ex Magno Parente Ecclesiæ luminari, mos Populi Catholici, Populi Dei, & Ecclesiarum Maiorum Regni Catholici instituta, leges sunt pro hac traditione tenenda; aliter, erit interminaté luctari, & Charitatem perdere. Quid clarius? Ergo licet non fuisset scriptis de dita traditio nostra, in Ecclesijs Hispanicis stat inconcussa.

Quartó : Ex Iulio primo, Epist. ad Orientales : *Morem, qui semel in Ecclesia obtinuit, &*

de Synodo confirmatus est, iniquum est paucis abrogari. Sed mos huius traditionis obtentus, est ab omni Regno Catholico in Ecclesia, & á Synodo Toletana supra tacta confirmatus est; ergo iniquum, & impium est huic contradicere.

Quintó, ex S. Bernardo, lib. de Dispensatione, & Præcepto: *Imperfecti cordis, & infirmæ potius voluntatis est indicium, statuta Seniorum studiosius discutere, hæerere ad singula, quæ iniunguntur, exigere de quibuscumque rationem, & malè suspicari de omni præcepto, cuius causa latuerit, neque unquam libenter obedire, nisi cum audire contigerit, quod fortè libuerit, aut quod non aliter licere, vel expedire monstraverit, vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas; delicata nimis, imó, molesta satis est huiusmodi obedientia. Ergo quin constiterit, aperta ratio, vel indubitata auctoritas, sufficiunt statuta Seniorum Ecclesiarum Hispaniæ, ad nostram traditionem sancendam, aliter, delicata nimis, & molesta satis, est huius in obediens impugnatio.*

Sextó, ex S. Papia, Sancti Ioannis Evangelistæ, Discipulo apud Eusebium, lib. 3. Historiæ cap. 33. *Non enim tantum mihi libri proffunt ad legendum, quam viva vox in suis Authoribus usque hodie. Idem literaliter docet S. Hierónymus,*
in

in Cathalogo Scriptorum Ecclesiasticorum in
Papua.

Septimó, ex S. Thoma 2. 2. quæst. 10. art. 12.
Maximam habet auctoritatem Ecclesie consuetudo,
quæ semper in omnibus est æmulanda, quia ipsa
doctrina Catholicorum Doctorum ab Ecclesia aucto-
ritatem habet. Ergo antiquissima consuetudo
Ecclesiarum Hispaniæ tot SS. Patribus roborata,
auctoritate viget ab Ecclesia ipsam appro-
bante.

Octavó, ex Clemente Octavo in Breviario
reformato, etiam ad nittente Baronio : *Mox*
in Hispaniam venisse (S. Iacobum) illius Provincia
Ecclesiarum, traditio est. Tum sic, sed omnes
SS. Patres adducti, & alij infra adducendi, lo-
quuntur de traditionibus particularibus ; ergo
etiam permisso SS. Patrum silentio, fulcita, &
roborata consistit traditio nostra auctoritate
Ecclesiarum Hispaniæ.

Nunc veró ad hominem contra M. Michaë-
lem evidenter demonstro : Iuxta vnanimem
SS. Patrum sententiam, traditio stricté accep-
ta, non est scripta. Sed per té, hæc traditio
nostra non est scripta, quia in Sanctorum Pa-
trum silentio, iacet sepulta, ergo hæc traditio
nostra, est traditio stricta ; maior constat ex
ipsis traditionis acceptionibus ab omnibus
Sanctis

Sanctis Patribus admissis ; minor tua est , & consequentia legitima, minor iterum ostenditur, si forté dixeris hanc non esse traditionem: Per té, hæc nostra traditio non est scripta, sed iuxta Clementem Octavum â te , in favorem tui adductum, hæc traditio est Ecclesiarum Hispaniæ, ergo traditio est ex Clemente, & non scripta, ex tuis dictis ; ergo traditio non scripta est, ergo stricta traditio est?

Sed dices, traditio est apud Hispanos, optimé ; ergo traditio particularis non scripta est, ergo stricta traditio particularis est? Non enim contendimus hanc vniuersalem, sed particularem esse, quia illius Provinciæ Ecclesiarum traditio est, vt Clemens Octavus docet, â te adductus, pro te ipso ; ergo ex tuis dictis hæc nostra traditio stricta est. Quid clarius?

DEMONSTRATIO DUODECIMA
adstruens, quod negata hac traditione,
non subsistunt ceteræ.

DIco secundo, in firma habita hac Hispanica traditione, in firmæ sunt ceteræ particulares Ecclesiasticæ traditiones. Pro cuius deficiationis evidentia, notandum est traditionem Ecclesiasticam, vt ab Apostolica contra distinctam, illam esse, quæ ab Apostolicis Viris
 ad

ad Ecclesiæ utilitatem fuit condita ; quare , ad eos , tam quam ad suos Authores , & principium est referenda ; nam, vt docet Sapientissimus Gravina, in suo præerudito libro de Præscriptionibus Catholicis , cap. 442. *Omnis alia consuetudo , vel traditio decurrens , & in ordinem successionis Episcoporum recensita , si suum reperit Authorem , non Apostolica , sed Ecclesiastica , ab Apostolica contra distincta erit.* Hac præhabita traditionis Ecclesiasticæ nota.

Probatur assumptum : Traditio particularis Ecclesiastica illa est , quam tenent Ecclesiæ alicuius Regni , aut Provinciæ , vel aliqua Ecclesia per ordinem successionis Episcoporum Ecclesiarum Regni , aut Provinciæ , vel particularis Ecclesiæ , recensita ab illo sæculo , quo extitit factum traditum ; sed ita est traditio Hispanica de prædicatione S. Iacobi ; ergo hæc negata , corrunt omnes traditiones particulares Ecclesiasticæ , prob. minor : Ecclesiæ Hispanicæ produnt hanc traditionem ab ipsis S. Iacobi Discipulis , per S. Petrum in Episcopos ordinatis , & pro Ecclesijs Hispaniarum destinatis, vt docet Romanum Breviarium, & Martyrologium , & admonet Innocentius Primus in Epist. ad Decentium ; ergo hæc traditio est recensita ab illis S. Iacobi Discipulis , per successiones

siones Episcoporum Ecclesiarum Hispaniæ, usque ad præsens sæculum. Prob. antecedens: Ecclesiæ Hispanicæ ita testantur in suis Archivij, & monumentis, vt visum est Romæ coram Urbano Octavo iubente reponi talem traditionem in Breviario; ergo verum est antecedens coram Pontifice Maximo discussum, & approbatum.

Confirmatur: Ecclesiæ Hispaniæ, non minoris antiquitatis, dignitas, authoritatis, veritatis, & doctrinæ sunt, quam Ecclesiæ Galliæ, Germaniæ, Poloniæ, Italiæ, & totius Orbis Christiani (excepta Ecclesia Urbis Romæ, quæ Matrix, & Princeps est omnium Ecclesiarum Christianitatis) ergo negata hac traditione, ab vnanimi Ecclesiarum Hispaniæ consensu testata corrunt cæteræ aliarum Ecclesiarum.

Vlteriùs, hæc traditio approbatur à Summis Pontificibus, & Sacra Rituum Congregatione, vt evidens est, sed istis contradicere temerarium est; ergo hanc traditionem improbare, temerarium est: Prob. min. Qui respuit authoritatem Romanæ Ecclesiæ proponentis rem traditam historicè ipsam iudicat leviter procedentem, proponendo rem immaturè discussam, sed hoc temerarium est (vt infra dabo) ergo istis contradicere, temerarium est, con-

consequentérque nostræ traditioni repugnare.

Insupér, Luterani negant traditiones particularium Ecclesiarum pertinentes ad cultum, & pietatem, obligare ad sui observantiam in Ecclesijs, ubi vigent, vt patet in cap. *de Potestate Ecclesiastica in confessione Augustana*, sed hæc nostra traditio pertinet ad cultum, & pietatem erga Inclytum Patronum Hispaniarum; ergo ipsi traditioni contradicere, est cum Luteranis pergere: Prob. minor. Hæc traditio auget, & accendit devotionem erga tantum Magistrum, à quo omnis Hispania primitus didicit Evangelium, quis enim gratus, & amator non erit Magistri fugantis errorem, & mittentis lucem ad percipiendam talem, & tantam veritatem æternæ mortis iaculum præcaventem, & felicitatis Portus æterni viam indigitantem? Ergo traditio nostra ad cultum, & pietatem atinet Sanctissimo Patrono, & Magistro nostro præstandam; ergo ipsi repugnare, est cum Luteranis impijs, & vaferimis tendere.

Patet ergo demonstratio ista, tum ex SS. Patribus supra tactis, tum ex dictis, & dicendis, quia nulla Ecclesia particularis, quæ traditionem teneat, desinet ipsam liquido ostendere

L

firmam

firmam ex suis Archivijs, & monumentis; si igitur Archivia, & monumenta Ecclesiarum Hispaniæ arguantur improba, eâdem calumnia poterit quisque pro libitô afficere cæteras Ecclesias, Provincias, & Regna; nullaque cuiusvis Provinciæ, Regni, aut Ecclesiæ particularis erit traditio, estô, ostendatur in monumentis antiquis, & Archivijs authenticis constans, & omni veritate refulta: rectè tunc igitur Præstantissimus Eximiusque inter Theologos vnus pro mille Doctor Franciscus Suarius, tomo 1. de Religione, lib. 2. cap. 6. de diebus festis sapientissimè admonet: *Quis ergo audebit huic traditioni contradicere? Aut quomodo aliæ Ecclesiasticæ traditiones inconcusse conservari poterunt, si huic fides non adhibeatur?*

Denique, nullus omninô ex SS. Patribus huic nostræ traditioni contradicit, ipse M. Michaël fatetur hoc, in illo omnium SS. Patrum silentio, at M. Michaël omnibus iudicatus sapientior, audet asserere hanc nullam; nulla ratione huius contradictionis assignata, nisi sua voluntas, quæ redditur ab ipso pro ratione, & sicut Iudei, ad obscurandam lucem Christi Domini Resurgentis abhibebant testes dormientes milites Sepulcri custodes, sic M. Michaël ad obscurandam lucem clarissimæ traditionis,

tionis, testes silentes perhibet SS. Patres, cum nec dormientes, nec silentes testes iudicentur idonei. Et de hoc satis.

DEMONSTRATIO TERTIA DECIMA
ostendens, ex negatione traditionum particularium
perire universales ex illis deductas.

HAnc assertionem necesse adstruo, quia apud M. Michaëlem præfixum habetur, omnes traditiones particulares ab universalibus dimanare, quod falsissimum est; & ut ipsi innotescat methodus quærendi traditiones, quam pænitus præterit, & ideo in tales cryptas deflectit, sibillando authores nostros operam inanem pufuisse in hac elucidanda traditione, ipse autem allucinatus extra Chorum canit, quia, à Choro Sapientum alienus, in consulto de hoc gravissimo negotio, immaturè scripsit. Probatur ergo assumptum in demonstratione propositum.

Omnis res ab alio summens originem, ad illam tamquam ad suum principium reducitur, sed plurimæ traditiones Ecclesiasticæ, sumunt, originem à particularibus traditionibus; ergo ad illas, tamquam ad suum principium referuntur: prob. min. Erectio, & regimen Cathedræ Antiochenæ à S. Petro, traditio universalis

lis est Ecclesiastica, sed hæc originem ducit a traditione particulari Ecclesiæ Antiochenæ, testantibus Clemente Alexandrino, S. Hieronymo, & Eusebio, qui ex monumentis Ecclesiæ Antiochenæ illam acceperunt; ergo traditio vniversalis Ecclesiastica, à particulari ducit originem.

Ulteriùs ostenditur illa minor propositio; vnctio, quæ post Baptismum adhibetur baptizato vniversalis traditio Ecclesiæ est, sed hæc originem habet ab vno Pontifice S. Silvestro, vt docet Gravina de Catholic. præscript. pag. 442. ergo vera est illa minor; prætereá, aliqua verba Canonis Missæ, & Ordo ipsius habent Authores particulares, nempe, Gelasium Primum, quoad Canonis ordinem, vt monet Innocentius Tertius, cap. 40. de Misterio Altaris, & Vir Scolasticus nomine, quoad aliqua verba Canonis; vt tenet S. Gregorius, Epist. 65. lib. 7. sed hæc ad traditionem vniversalem pertinent, vtpoté ab vniversali Ecclesia sequuta; ergo plurimæ traditiones vniversales Ecclesiasticæ, à particularibus oriuntur.

Insuper, illa minor monstratur, negatis Epistolis S. Ignatij Martyris, negarentur traditiones in illis contentæ, & ab ipso primitus scriptæ, sed illæ traditiones vniversales sunt

Eccle-

Ecclesiasticæ ; ergo negatis illis Epistolis, ipsas primó tradentibus, nullæ essent illæ vniversales traditiones : prob. min. Celebratio diei Dominicæ, constat ex Epistola ad Magnesianos : Chorus Ecclesiasticæ hierarchiæ ex Episcopis, Præsbyteris, & Ministris, habetur in illa ad Tarsenses : Festa colenda, & ieiunium Quadragesimale, patet ex illa ad Philipenses : Sed istæ traditiones vniversales sunt, ab vniversali Ecclesia observatæ ; ergo negatis illis Epistolis, corruerent traditiones vniversales in illis edoctæ.

Denique, apparitio S. Michaëlis Archangeli celebrata die octava Maij, traditio vniversalis Ecclesiastica est, sed hæc non aliunde patuit, quàm ex particulari traditione Ecclesiæ Sipontinorum in Apulia, ad radices Gargani Montis commorantium ; ergo traditio vniversalis, à particulari descendit ; ergo negatis traditionibus particularibus, non possunt subsistere vniversales ex ipsis provenientes ; ergo inconsultó contendit M. Michaël omnes traditiones particulares ab vniversalibus dimanare, vt evidenter ostensum est.

Nec dubitamus, aliquas traditiones vniversales ab vniversali Ecclesia posse procedere, sicut à Concilio Generali, vel à Pontifice Maximo

ximo ex Cathedra docente , à quibus quam plurimæ procedunt ; suademus, autem, falsam omninó reijcere M. Michaëlis assertionem sibi indubiam , nempé , quod omnes particulares traditiones , veniant ab vniversali , non satis mirans virum sibi nimis sciolum , nescisse harum traditionum documentum.

Tunc sic, sed reiectis traditionibus prædicationis S. Iacobi in Hispania, & erectionis Templi S. Mariæ de Columna Cæsaraugustæ, ab ipso Apostolo , possunt similiter respui aliæ traditiones particulares Ecclesiarum, ex quibus pendunt traditiones vniversales , vt supra ostendi; ergo in præcipiti consistit, qui nostræ traditioni Hispaniæ contradicit.

Nunc, à M. Michaële scire voluiffem ordinem , & viam traditiones quærendi , & inveniendi, vbinam quærendum erit S. Polycarpum Martyrem Rexisse Smyrnæorum Ecclesiam, nisi ex ipsa Ecclesia Smyrnæ , vbi à Ioanne Evangelista Magistro suo fuit Episcopus designatus? Ubinam S. Clementem inueniemus à S. Petro ordinatum , & in Romanorum Ecclesiam Summum Pontificem, & Episcopum Urbis successum, nisi ex illa Urbis, & Orbis Matrice? Quó igitur ibimus , vt sciamus S. Iacobum ad Hispanias tensum, nisi ad Ecclesias Hispanicas,

in

in quibus hæc traditio viget? Quo pergemus, ut inveniamus? Ibimus, ne ad Africam, Asiam, aut Persiam, ubi nunquam Apostolus iste pervenit; ergo authoritati Ecclesiarum Hispaniæ, est credendum, ut ab ipsis discamus huius traditionis monumentum, & principium; unde rectè Tertulianus, cap. 2. de præscript. docet: *Quid autem prædicaverint Apostoli, non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli, vel Apostolici viri condiderunt.* Ergo liquidò constat traditiones univales Ecclesiasticas, à particularibus procedere, & destructis particularibus, perire univales ex ipsis dimanantes.

DEMONSTRATIO QUARTA DECIMA
ostendens hanc traditionem nostram esse moraliter infalibilem.

VT radicitus rem istam discutiam, oportuit regulas infalibilis moralitatis rebus Historicis astruendas, accipere ex Sapientissimo Melchiore Cano, in suo, nunquam satis laudato libro de Locis, cap. 6. de Humanæ historiæ authoritate, lib. II.

Prima lex ex hominum probitate, & integritate sumetur, quæ omnino res locum habet, cum ea, quæ narrant Historici, vel ipsi se vidisse testantur, vel ab his qui viderunt accepisse. Sed omnes Ecclesiæ
 His-

74.
Hispanica integritate, & probitate præditæ,
Historicique quam plurimi Sanctitate, & anti-
quitate præclari, ostendunt traditionem nos-
tram ex ipsis S. Iacobi Discipulis testibus ocu-
lantibus, vtpotè ab ipso S. Iacobo in Hispania
conuersis; ergo prima regula moralitatis infa-
libilis rectè convenit traditioni nostræ.

*Secunda lex, vt eos Historicos reliquis antefera-
mus, qui ingenij se veritati quandam prudentiam ad-
iunxerunt, & ad eligendum, & ad iudicandum.*
Sed Historici nostram traditionem docentes
maxima se veritate ingenij, & prudentia præ-
stant, sunt, etenim, quinque Summi Pontifices
S. Pius Quintus, Gelasius Secundus, Calixtus
Tertius, Sixtus Quintus, Urbanus Octavus,
Sacra Rituum Congregatio in Breviario Ro-
mano, plusquam triginta Episcopi non Hispa-
ni, Sancti præclarissimi Sapientissimi, vt Sanct.
Hieronymus, S. Isidorus, S. Iulianus, S. Beda,
S. Thomas de Villa nova, S. Vincentius Ferrer,
& alij, insuper Concilium Quartum Toleta-
num numerans sexaginta duos Episcopos, par-
tim Hispanos, partim Gallos; quid amplius
quæritur pro hac regula nostræ traditioni
adaptanda? Ergo ipsa rectè competit traditio-
ni nostræ.

*Tertia lex, si cui Historico auctoritatem Ecclesia
tribuit,*

tribuit, hic dubio procul dignus est; cui nos etiam
 auctoritatem adiungamus. Sed Authoribus supra
 tactis, & alijs nostram traditionem testantibus,
 Ecclesia auctoritatem tribuit, ideoque tradi-
 tionem istam commendat recitandam, suaden-
 dam, & venerandam in varijs diplomatibus
 Pontificum approbatam; ergo lex ita recte est
 pro traditione nostra. Sed omnes istae leges,
 aut regulae, pro moralitate infalibili rei histo-
 ricæ sunt; ergo cum perspicuum habeatur, sin-
 gulas, & omnes simul, nostrae traditioni favere,
 luce clarius est, illam esse moraliter infalibi-
 lem.

His præliminatis moralitatis infalibilis no-
 tis, nunc auctoritate, assumptum ostendo.
 Primò: Ex Tertulliano, cap. 9. de Præscript.
*Quod apud multos invenitur unum, non est erratum,
 sed traditum. Ecquid verissimile est, ut tot, &
 tantæ Ecclesie in unam fidem erraverint? Nullus
 inter multos eventus, est vnus exitus, variaſſe debue-
 rat error doctrinæ Ecclesiarum.* Per belle, & acu-
 tissimè: quomodo enim verissimile suadebitur
 tot ac tantas Hispaniæ Ecclesias in errorem
 huius traditionis incurſas, & in tali errore in-
 variatas? *Variaſſe debuerat error doctrinæ
 Ecclesiarum; quia nullus eventus falsus inter
 multos, vnus est exitus; sed multorum iudicio
 errante,*

errante, non vnus, sed varius exit. Iterum ex ipso Tertulliano, Epist. 86. ad Casulanum, cap. 4. *Idoneus testis traditionis, est perseverantia observationis.* Sed hæc perseverantia observationis constat in omni Regno Hispanico, & eius Ecclesijs; ergo testis idoneus est huius traditionis, vnde ipse Tertullianus, cap. 2. de Præscript. quasi M. Michaëlem a loquens, sic docet: *Age iam, qui voles curiositatem melius exercere, percurre Ecclesias Apostolicas, apud quas, ipsi adhuc Cathedrae Apostolorum suis locis præsentant, apud quas authenticæ eorum litteræ recitantur sonantes vocem, & representantes faciem vnius cuiusque.* Et Sapien- tissimus Gravina super hoc Tertulliani, docet: *Satis est percurrere Ecclesias Soboles Apostolorum, quæ à Matricibus mutuatae sunt, ut Ecclesiæ essent.*

Secundò, ex S. Irinêo, lib. 4. adversus hæreses, cap. 63. *Agnitio vera est Apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesiæ status secundum successionem Episcoporum, quibus illi, eam, quæ in vno quoque loco est, Ecclesiam tradiderunt, quæ per venit ad nos custodita sine fictione, lectio sine falsatione, sine periculo, & blasphemia.* Et cap. 45. eiusdem libri, admonet: *Discere oportet veritatem, apud quos est ea, quæ est ab Apostolis Ecclesiæ successio.* Ergo discere convenit hanc traditionem ab Ecclesijs Hispaniæ, in quibus est Episcoporum successio ab ipsis

S. Iacobi

S. Iacobi Discipulis vsque hodie perventam, custoditam sine fictione, lectam sine falsatione, à primis sæculis.

Tertió, ex S. Ignatio Martyre, Epist. 7. ad Smyrnenses : *Omnes Episcopum sequimini ut Christus Patrem, & Presbyterorum Collegium, ut Apostolos, Diaconos revereamur, ut ex Dei præcepto ministrantes.* Ergo antiquissimas Hispaniarum Ecclesias, Episcopis, & Præsbyteris Sanctissimis, eruditissimis præditas, hanc traditionem elucidantibus, tenemur venerari, & rem nostram edocentes amplecti, ne contra tanti Martyris præceptum procedamus.

Quartó, ex Augustino, lib. 28. cap. 2. contra Faustum : *Palam est, quod in re dubia, ad fidem valet auctoritas Ecclesiæ, ab ipsis fundatis Apostolorum Sedibus, usque ad hodiernum diem succedentium sibi met Episcoporum serie, & tot Populorum consensione.* Hæc ad litteram nostræ competunt traditioni, Populorum vnanimi consensu fulcitæ, & Ecclesijs Apostolicis roboratæ; vnde Sapientissimus Cano, in suo libro de locis, cap. 4. de humanæ historiæ auctoritate, lib. 11. quasi M. Michaëlem arguendo indigitans, sic ait : *Plerique nostra hac ætate perverse, ne dicam, impudentér, res quas esse gestas gravissimi Authores testati sunt, in dubium vocant, qui si idoneas causas, probabilesque*

redderent, audiendi fortassé essent, cum, veró, reddant nullas, contemnendi sunt. Ita adamussim, evenit M. Michaëli; vnde Mag. Parens Augustinus contra Faustum vbi supra, ostendit, quare Evangelio credendum, inter alia, hanc docet causam: *Tenet consencio Populorum, atque Gentium, & tenet postremo, ipsum Catholicae nomen.* Sed hanc traditionem tenet consencio omnis Populi Hispanici, & postremo ipsum nomen *Catholicum*, anthonomasticé Regno Hispanico adscriptum. Quid clarius?

Denique, id ratio convincit, quia traditio hæc nititur testimonio moraliter infalibili; ergo ipsa moraliter infalibilis est: prob. antec. Testimonium huius traditionis, est authoritas Ecclesiarum Hispaniæ, & consencio totius Regni Hispanici, à Supremo Ecclesiæ Capite approbata, semel, & iterum confirmata, à primis sæculis tenta, firma, invariata, & à quam plurimis Doctoribus exteris prosequuta, in conspectuque accerrimæ contradictionis victrix inventa, sed hoc moraliter infalibile est; ergo testimonium, cui innititur hæc traditio moraliter infalibile est: prob. min. Infalibilitas moralis sistit in authoritate, quæ Prudentum iudicio, nec fallere, nec falli, moraliter potest, sed authoritas plena huius traditionis ita est; ergo testimonium, cui innititur moraliter infalibile est: prob. min. In primis, non potest moraliter

liter

liter fallere quia Prudentum severiorum iudicio, nempe, Sacrorum Pontificum, & aliorum, quos iam dixi, veracissima est; deinde nec potest moraliter falli, quia tot Sapientissimis Viris iam nominatis, tot testimonijs Pontificijs, tot Ecclesijs roborata, Sapientissima est; ergo illa authoritas, cui innititur talis traditio nec fallere, nec falli moraliter potest; ergo testimonium illud moraliter infalibile est, quia fulget veritatis luce indicendo, & sapientiæ culmine in cognoscendo.

Præterea: Severiores, Prudentiores, Sapientioresque Iudices pro hac traditione, non maiores excogitari, nec assignari possunt, quam Pontifices Maximi, & Sacra Rituum Congregatio, sed ab istis examinata, iudicata fuit vera; ergo ipsa gaudet Supremorum Iudicum approbatione, quia in rebus historicis fide humana tenendis, non est dabile testimonium firmitus, præterid, quod munit traditionem nostram; ergo ipsa moraliter infalibilis est, quia eius testimonia nimis credibilia facta sunt.

DEMONSTRATIO QUINTA DECIMA

reijciens figmentum de traditione hac à temporibus

S. Isidori Hispalensis exorta.

Occasione accepta ex Sacro Corpore S. Iacobi ad Galleciæ Regnum, temporibus S. Isidori Hispalensis pervento, construit M. Michaël solem-
nissi-

nissimum, adhuc ex suis dictis, figmentum, ne dicam, satis irridendum mendacium, nempe, tempore S. Isidori hanc traditionem ab Hispanis inventam; ipse vero, fui immemor, ut solet, cum Anacardum pro memoria conservanda non sumpserit, se ipsum in hac composita fabella impetit, & ilaqueat, sic enim tenet: *Fama adventus S. Iacobi viui ad Hispaniam incepit sæculo nono; & post pauca dicit: Initiata fuit sæculo decimo; ecce apertum mendacium, duobus diversis sæculis famam vnam in eodem Regno inceptam, profequitur asserens, quod tempore S. Bedæ, qui floruit sæculo septimo, erat in Hispania notitia Sacri Corporis ex Hierosolymis ad Hispaniæ oras perducti, ecce alterum; ergo duobus, vel tribus sæculis antea, erat notitia S. Iacobi mortui ad Hispanias translata, & duobus, vel tribus sæculis postea surrexit fama S. Iacobi viui ad Hispanias perventi? Profequitur dicens, quod sæculo nono initiato, iam S. Leo Tertius transtulerat Sedem Iriensem in Compostellam, quia eodem sæculo, ibi repertum fuerat S. Iacobi Corpus, ecce alterum; ergo ex suis dictis, prius constitit repertum Compostellæ Corpus Sacrum S. Iacobi; & postea, ex Hierosolymis ad Compostellam translatum? Quia anno 816, tempore Alfonsi Casti, repertum constitit Corpus Sacrum, 84. annis ante sæculum nonum completum,*

tum, quo dicit incæpisse famam adventus S. Iacobi viui ad Hispaniam ex occasione Sacri pignoris illuc apulsi sæculis nono, & decimo. Quid manifestius ex suis dictis implicantius? Certissimè non sumpsit Anacardum.

Manifestè igitur, suis met dictis capitur, dum construit sibi hoc retiaculum, nempe, famam huius traditionis incæpisse temporibus S. Isidori, quia eo tempore fuit per ventum ad Galleciæ oras Corpus Sacrum; constat enim omnibus, S. Isidorum floruisse sæculo septimo initiato, patet etiam ex dictis M. Michaëlis, famam adventus S. Iacobi viui ad Hispanias, incæpisse sæculis nono, & decimo; ergo evidentèr ex ipso patet famam illam minimè temporibus Isidori incæptam; vtpotè duobus, vel tribus sæculis post S. Isidorum initiatam? Non sumpsit Anacardum, dum in laqueum incidit ipsum, à se ipso irretitum.

Ipse ergo huius figmenti figulus, posset, vt mendacium tegeret, disponere huius Sacri pignoris temporibus Isidori ad Hispanias perducti, apparatus, naviculam, comites, & cymbæ Palinûrum, quot dies in navigando absumpserint? Qualia maria transegerint? Qui Catholicorum illud Sacrum Corpus à Sarracenis obtinuerint? An, ne illud furtivè abriperint? Quare tot sæculis Hierosolymis latuerit? Quare ad Hispaniam, & non
ad

ad Romam pervenerit? Ubi Corpora Sanctorum Philippi, & Bartholomei à Barbaris despecta, ex suis Provincijs sunt conducta, quare ergo, ut illa, non ad Romam, sed ad Galleciam per ductum S. Iacobi Corpus Sanctissimum? Atamen laborem huius itineris omisit, quia in via S. Iacobi viui omnino aberrans perditus, absque dubio in hac navigatione fuisset naufragium passus, timens fortasse, ne in altitudinem maris veniens à tempestate demergeretur.

Reijcitur ergo illa constructio fabulosa; primò, ex S. Leone Tertio, in tractatu de Translatione S. Iacobi, sic testante: *Sublatum, est autem Corpus illius Sanctissimi Apostoli, à Discipulis suis nocte, & perveniens ad Ioppem ad littus maris, ubi hæsitantes ad invicem quid agerent, ecce nutu Deiparæ ad fuit navis, qui gaudentes intrant in ea portantes alumnium Domini nostri Redemptoris, erectisque velis cum prosperis ventis, cum magna tranquillitate navigantes, super undas maris laudantes Clementiam Salvatoris, Iriæ pervenerunt ad Portum, ubi præ gaudio cecinerunt Davidicum versum, in mari viae tuæ, &c.*

Secundò repellitur, ex Breviario Salmantino sic tenente: *Sex autem diebus navigio iter fecerunt sine remigio, manu Domini gubernante; septima autem die requievit ad littus navicula inter Uliam, & Tarem, in loco, qui dicitur Iria. Uliã, & Tares sunt duo flumina*

ad

ad Portum Iriæ flaviæ decurrentia; inter quæ, navicula stetit, signo, & monumento, vsque ad præsentem diem, illam navigationem, & appulsionem testante.

Tertió, ex Breviario Toletano, Gottorum tempore excusso, in quo recitantur Hymni, & responforia docentia Sacrum Corpus ad Galleciæ Portum per ventum eodem anno, quo S. Iacobus fuit occissus, sed Breviarium hoc constat excussum sæculo sexto, vt omnibus patet; ergo tribus, ad minus sæculis, ante sæculum nonum, à M. Michaële meditatun, recitabatur Corpus S. Iacobi ad Galleciam per ductum.

Quartó, ex ipso suo Patrono Baronio, tom. 9. ad annum 816. vbi tenet ex Epistola Leonis Tertij, S. Iacobi Corpus appulisse ad Hispaniam eodem anno, quo Capite truncatus fuit S. Iacobus; insuper Ecclesiæ Compostellanæ monumenta idem evidenter admonet, ex quibus patet reiecta illa M. Michaëlis confictio, & firmitus adstructa traditio nostra.

Sed quia in hac conficta fabella, suis met dictis deprehenditur, ad aliam deveniatuus, quam de S. Mathia Apostolo, per fortem ex sua nimis perturbata phantasia colligit, sic enim ait: *Probabile esse S. Mathiam in Hispania prædicasse, quia, ubi prædicaverit, nescitur.* Si commentum proba-

N

bilitatis

bilitatis istius tenendum est; ergo, & probabile est S. Mathiam prædicasse Romæ, vel Gallia, vel Illirici, vel in quacumque alia Provincia alijs Apostolis sortita: quare? Quia ubi prædicaverit, nescitur. O, quantum nocet veritatem fugere, & mendacium sequi! Nam adversus veritatem bellum gerere, est contra stymulum calcitrare, ipse enim M. Michaël suis met cavillis pendens, vt alter Abfalom ex suis met capillis, mortem sibi parat diram. Nonne ipse acerrimé contendit solum S. Paulum ad Hispanias itum, & ibi innotuisse Evangelium? Qua ergo via mittit per probabilem sortem Mathiam Hispanis prædicantem? Ergo, & probabile erit S. Paulum non vidisse Hispaniam Evangelio instruendam; siquidem ex ipso, S. Paulus non prædicavit, ubi alter Apostolus concionavit?

Nescit quó Mathias prædicaverit? Ergo quia nescit, nescitur? Si hanc nescientiam voluisset excutere, legeret Nicephorum lib. 2. historia, cap. 4. legeret Sophronium de Scrip- toribus Ecclesiasticis; legeret Æcumenicum in Præfatione ad acta, ex quibus acciperet S. Mathiam ad Æthiopiam interiorem per- agratum; vt hominibus eferatis tradere Evan- gelium, & si istis non fideret, crederet saltém
suo

suo celebratissimo Dorotheo, qui tomo 7. Bibliothecæ Patrum in Synopsi, sic narrat: *S. Mathias prædicavit in Æthiopia interiori hominibus Barbaris, & Carnivoris, sepultusque est in Sebastopoli propè Templum Solis.* Ecce ex tuo fidentissimo Dorotheo nescientiam propulsam, & illius ad inventæ probabilitatis deprehensam cavillam, simulque traditionem nostram magis, ac sæpius omni veritate præditam.

DEMONSTRATIO DECIMA SEXTA,
refutans aliqua convicia, à M. Michaeli, nostris
Authoribus sinistrè imposita.

Quia oculis ægris est odiosa lux, quæ puris est amabilis; & traditio nostra, luce meridiana fulgeat, lipidis M. Michaëlis oculis officit, dum alijs lucem veritatis amantibus, gaudium parturit. Ipse etenim probris, improprijs, & convicijs deditus, audet proferre nullum ex nostris Authoribus traditionem hanc probare, quia dicit: *Omnes dicunt, & nullus probat.* At hoc verum est, apud nescientem regulas, viam, & methodum traditiones investigandi, quas pænitus non callet M. Michaël, vt perspicuum est; non enim, à quocumque Theologorum dabitur alia via traditiones quærendi, & inveniendi, præter eam, quam ex Sanctis

Patribus Magistris nostris supra ostendimus, hos tamen clarissimos radios lucem traditionis nostræ præferentes refugit M. Michaël, vt tenebrarum latibula teneat, & ipsis luminari- bus Ecclesiæ in verecundè irrideat.

Secundó, contendit Hispanos aliquos negare hanc esse traditionem legitimam. Mendaciter satis, & imprudentè nimis, quia nullus ex Hispanis Authoribus invenietur, qui hanc improbet, dum omnes ad vnum ipsam amplectuntur, & accerrimè propugnant, vt videri est in singulis; solummodo aliqui in numero Discipulorum S. Jacobi, & alijs circumstantijs, parum conducentibus, discordant, at veró in ipsa traditione nemo est, qui aliter sapiat. Novissimè diebus istis aliqui Lusitani Regij Academici dubitant, quo pondere rationis ducti non calleo, nisi tendiculis M. Michaëlis, qui, vt alter Lucifer cauda suæ longissimæ Dissertationis traxit tertiam partem Stellarum illius præfulgentis cæli Academici: hoc autem illorum dubiolum nihil ob est, quia ex ipsis Regijs Academicis Sapientior, nostræ traditioni suffragatur strenuè, & Invictissimè, Sapientissimus Dominus Emmanuel Cayetanus de Soufa, Clericorum Regularium S. Cayetani Alumnus, Bullæ Cruciatæ Commissarius Gene-
ralis,

ralis, omni eruditionis genere præditus, qui rem nostram agit, in disertissimo libro egregie, & diffusè elaborato de prædicatione S. Iacobi Hispanica: alter, etiam, eiusdem professionis Regius Academicus, isque doctissimus, adest, qui in sua Dissertatione Lusitanico:idiomate persoluta, tantum authoritati S. Hieronymi innixa, traditionem nostram evidentem ex S. Hieronymo convincit, nempe D. Hieronymus Contador de Argote; alteri etiam prænobiles Equites Regiæ Academiae professores in rebus Historicis versatissimi, nostræ traditioni immobiliter adhærent, ruinas, igitur, illarum cadentium stellarum implet totum ferè Regnum Lusitanicum, tenens indubiè S. Iacobum Bracharæ extitum, & ibi S. Petrum Ratisensem relictum, à S. Iacobo, è, mortuis sublatum, ut Lusitanis traderet Evangelium.

Tertiò, asserit M. Michaël: *Aliquos Hispanos de ignobili plebe, non habere pro fundamento huius traditionis, faces accensas, & saxa volantia: multosque viros doctos hanc traditionem tenere.* Sed contra, per tè, multi viri docti, & multi de ignobili plebe hanc traditionem tenent; ergo apud doctos, & indoctos eodem potitur fundamento? Nam eadem apud utrosque est traditio; ergo apud utros libet est fundamentum
in

in faxis volantibus , & facibus accensis? Ecce M. Michaëlis infaniam , se ipsum vrit , & lapidat , dum Pontifices Summos , Breviarium Romanum , & miræ Sapientiæ Viros per trahit ad faces accensas , & saxa volantia. Certissime Vir insipiens non cognoscit , & stultus non intelligit hæc , quæ in se ipsum flammis , & faxis , acribus , & duris , iaciat , & agglomeret.

Quarto , Sermones Sanctissimi Vincentij Ferrer contendit non suos , sed eius Discipulorum esse , quia clarissime traditionem nostram ostendunt , at hoc ex inopia documentorum proventit ; ipsos inspiceret novissime attestatos à Sapientissimis Patribus Collegij Sacri Corporis Christi Valentini , & hanc inopiam fugeret. S. Antoninum Florentinum , ab Eminentissimo Bellarmino egregie laudatum ; tenet , multa leviter scriptum , at hoc nefas est , de tanto Viro talia meditari insipientiæ probra. Sapientissimum Doctorem Cornelium à Lapide perducit Regi Catholico blandientem , quia ipsum non potest reijcere nostram traditionem tutantem ; ec quid Virum præclarissimum omnis eruditionis Oceano immersum , pertrahit ad Regis Catholici lenocinium? Numquid Rex Catholicis ex illis erat , qui coacerbarent

barent sibi Magistros prurientes auribus, ut à veritate auditum averteret? Virum præstantissimum Cornelium rerum caducarum pænitus immemorem, omnis Sapientiæ curis deditum, Scholasticæ, Mysticæ, Dogmaticæ, expositivæ Theologiæ, & Sanctorum Patrum eloquentiæ pervigiliter pelago obrutum, fugilat Regi Catholico modulatum? Quid à Rege Catholico quæreret, vir, cui tempus deerat, ut abdita Scripturarum mysteria in lucem proderet? Ferre non sustineo (ingenué fateor) in tantum præclarissimum Virum, talis, ac tantæ insanix commentum, quia ipsum omni laude maiorem, corde, & ore perferam insignem, omni sapientia præstantem.

Quintó : Eminentissimum Cardinalem Aguirre, ait : *Inepta paritate esse usum, & in longam disparatamque consequentiam eruptum, qui tenet hanc traditionem esse veram, licet usque ad sæculum sextum caruisset Authore ipsam prodente, sicut traditio Cathedræ Antiochenæ vera extitit, licet Authorem ignoraverit, usque ad tertium sæculum.* Hoc iterum ex crassissima ignorantia naturæ traditionum oritur, quid est traditio? Numquid stricta traditio requirit scriptum, an verbum? *Doctrina Sacra, & Arcana à maioribus in posteros, medio inter currente VERBO transfusa.*
Ecce

Ecce verbum, non scriptum exigit; ergo licet nostra traditio caruisset Authore, vsque ad sextum saeculum, non amitteret traditionis naturam, inconstitutus, induisset traditionis formam, si hoc, vt asseris, non valet; ergo nulla est traditio non scripta? Ergo quam plurimae traditiones Apostolicae ab Ecclesia vniuersali sequae, scriptis minimè mandatae nullae erunt? At hoc haereticum est; ergo traditio non scripta à Catholicis tenenda est; quare Authorem pro consecratione Olei Baptismi, & pro renuntiatione Satanae, & Angelis eius, quae fit in Baptismo; quare pro situ Ecclesiarum, ad Orientem, & aliarum quas admonet S. Basilius Magnus, lib. de Spiritu Sancto cap. 27.

Parificat ergo Sapientissimè, vt solet, Doctissimus Purpuratus, traditio Cathedrae Antiochenae est vera, licet in silentio Scriptorum fuisset vsque ad tertium saeculum; ergo traditio Hispanica S. Iacobi, non definit esse legitima, esto per sex saecula non fuisset scriptis edocta; in quo (rogo) haec paritas deficit? Dicis, in eo quod Anthiochena tribus saeculis, & haec Hispanica sex saeculis remansit non scripta; ergo, ex tuis dictis, traditiones Apostolicae nullis saeculis scriptae nullae sunt? Negabis, ne cogaris

cogaris hæreticus; ergo veræ sunt; ergo traditio Hispanica, licet non fuisset scripta, legitima constat.

Dices iterum, non rectè parificat, quia illa Antiochena vniversalis, hæc verò particularis est, optimè; ergo hæc traditio Hispanica vera particularis est, sed nullus Author ipsam docens, prætendit ipsam suadere vniversalem, dum illam solum particularem verissimam ostendunt; ergo rectissimè parificat illam demonstrando legitimam, licet sex sæculis caruisset Authore, in eius veritate parificat, non vero in eius vniversalitate; ergo illa longa disparataque consequentia, te quærit, & te inuenit stolidè, & petulantè obloquentem contra Sapientissimum Cardinalem, sicut contra alios Sapientissimos Viros, quorum maturam Prudentiam, studiorum pulchritudinem, virtutum congeriem, & omnis eruditionis ordinem, tenemur laudibus efferre; iuxta illud Ecclesiastici 44. *Laudemus Viros gloriosos, homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis.*

(* *)



O

DEMONS-

92.
DEMONSTRATIO DECIMA SEPTIMA,
contra inutilem responsionem, Templo Cesaraugustano,
à M. Michaelae adhibitam.

HOc celeberrimum Emporium, Olim, assimilatum Empireum, privilegijs Pontificum ditatum, Christianorum Orbis, & Urbis, præconijs, & præcordijs profecutum, à Sacratissima Deipara, adhuc in terris viatrice sibi erigendum admonente, & ideo omnium oculis mirabile, & mirandum; cum præstantissimum extet monumentum indigitans S. Iacobum in Hispanijs demoratum, Columna firmissima perstitum, nedum mobile tentat, etiam proferternere curat; ea qua moris est, impudentia M. Michaël, segniores tamen eius vires sunt, vt hoc pertentet in Columnam cælicam, ad cuius conspectum silent miracula Memphis, Herculis Columnæ tremunt. Sic enim ore aperto, vt ventos pascat, insuflat: *Quod dicitur de Templo Cesaraugustano S. Marie Virginis de*
COLUMNA, *magis adhuc recedit à veritate, quam prætensa S. Iacobi prædicatio; eisdem argumentis quibus hæc, illa affirmatio expugnatur. Præterea, incredibile est humillimam Virginem Iacobo præcepturam, aut etiam concessuram, vt sibi adhuc in terris agenti Templum extrueretur. Hæc ille.*

Sed contra: Luterani negant traditiones

par-

particularium Ecclesiarum ad cultum, & pietatem pertinentes, ad sui observationem cogere, in Ecclesijs vbi vigent; vt patet, cap. de Potestate Ecclesiastica, in Confessione Augustana, sed hæc traditio ad cultum, & pietatem erga Sacratissimam Deiparam atinet; ergo in Ecclesia vbi viget, ad sui observationem cogit; ergo huic contradicere, est Lutheranos sequi.

Dicis: Non esse traditionem; ergo ad sui observationem non cogit, Lutherani autem negant illas, quas admittunt veras, ad sui observationem obligare. Sed contra, hæc traditio in illa Ecclesia viget, vt evidens est; ergo illuc ad sui observationem obligat: prob. antec. Si illa traditio ibi non est, nulla erit cuiusque Ecclesiæ particularis traditio, sed hoc hæreticum est. Ut docet Gravina, de Sacris præscript. pag. 539. ergo illa traditio est, sed hæc traditio ad cultum, & pietatem spectat; ergo ibi ad sui observationem cogit; ergo ipsi contradicere hæreticum est.

Hanc veró legitimam esse, ex SS. Patribus demonstro: Et primó, ex S. Irinêo, lib. 4. aduersus hæreses, cap. 45. *Vbi charismata Domini posita sunt, ibi oportet discere veritatem, apud quos, ea, quæ ab Apostolis est successio, & id quod sanum, & irreprehensibile est.* Ergo apud Ecclesiam

illam oportet veritatem de hac re quærere, in qua est ab Apostolis Prælatorum successio, ubi charismata insignia Domine nostræ posita vigent in Columna, ut illa tradit Ecclesia, quodque sanum, & irreprehensibile est.

Secundó, ex S. Leone Tertio, Sermon e de Pentecoste: *Dubitandum non est, quidquid ab una Ecclesia est in consuetudinem devotionis receptum, de traditione Apostolica, & de Spiritus Sancti prodire doctrina.* Sed hæc traditio in consuetudinem devotionis est recepta in Ecclesia illa; ergo legitimé prodit ex traditione Apostolica, & Spiritus Sancti doctrina.

Tertio, ex S. Augustino, Epist. 119. cap. 18. *Vna in his saluberrima regula retinenda est, ut quæ non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, non solum non improbemus, sed etiam laudando sectemur, dum aliquid habent ad exhortationem vitæ melioris, si aliquorum infirmitas non impediatur; ita, ut potius detrimentum sit, si enim eo modo impediatur, & maiora studiorum lucra speranda sint, quam calumniatorum detrimenta metuenda, sine dubio faciendum est.* Sed hæc traditio totum habet, quod hic Magnus Parens docet; ergo sine dubio tenenda est.

Quartó, ex Iulio Primo, Epist. ad Orientales: *Morem, qui semel in Ecclesia obtinuit, & á Synodo confirmatus est, iniquum est á paucis abrogari.* Sed

hæc

hæc traditio obtinuit morem antiquissimum in illa Ecclesia, & à Synodo Cesaraugustana celebrata anno 1605. confirmata est, sequentibus verbis: *Obtinet enim ex receptissima omnium Ecclesiarum, præsertim huius amplissimæ Provinciæ traditione, à Pontificibus suis non semel approbata, inter omnes Ecclesias mundi vetustatis, & excellentiæ originis primatum.* Ex quibus verbis patet illam Ecclesiam primitus inter omnes erectam, fuisse à S. Iacobo, adhuc Sacratissima Deipara inter vivos degente, aliter non posset inter omnes tenere originis primatum; ergo iniquum est, huic contradicere.

Quintó, hanc erectionem illius Ecclesiæ à S. Iacobo, iussu Sanctissimæ Deiparæ adhuc in vivis commorantis, testantur legitimam, & veram, Calixtus Tertius in Bulla, quæ in illa Ecclesia habetur. Gelasius Secundus, in diplomate Indulgentiarum pro illa Ecclesia; Sixtus Quintus, in Bulla data anno 1589. Rudericus Toletanus, lib. 2. suæ historiæ, cap. 20. S. Gregorius Magnus, in suo Exemplari Moralium, ab ipso Ruderico recognito veracissimo: hanc denique vno ore profitentur Hispani, exterique Doctores, qui adventui Hispanico S. Iacobi subscribunt. Ergo legitima, & verissima traditio est.

Quod,

Quod, veró, hæc ipsa ad cultum, & pietatem atineat, ostenditur ex S. Ambrosio, lib. 2. de Pœnitentia, cap. 6. *Totum decet quidquid Religioni defertur, ut nullum obsequium, quod ad cultum, & observantiam Christi pertinet, erubescamus.* Sed hæc traditio maximum obsequium præstat cultui, & devotioni Sanctissimæ Virginis Matris, ut ipsa experientia testatur, in peregrinationibus frequentissimis, in Sacramentorum frequentia, in votis, & laudibus Sanctissimæ Virginis persolutis, & alijs benemultis; ergo decet, quia Religioni deffertur.

Insuper ex S. Augustino, Epist. 118. ad Ianuarium: *In his, quæ per diversa loca variantur, non melior disciplina inveniri potest, quàm ut, eodem modo quisque agat, & eum morem servet, quo agere videt Ecclesiam, ad quam fortè devenerit.* Ergo si, M. Michaël ad illam venisset Ecclesiam, non illum morem tenêret; nec si, ab Episcopo illius Ecclesiæ imponeretur præceptum de observando die festo illius apparitionis, tali præcepto obediret; ergo contra Magnum Augustinum tenderet?

Ulteriús, ex S. Ignatio Martyre, Epist. ad Magnesianos: *Dignum est nos obedire Episcopo nostro, & in nullo ei contradicere; terribile enim est tali contradicere.* Et Origenes in Lucam: *Si Iesus Dei*

Dei Filius subijcitur Ioseph, & Maria, ego non subijciar Episcopo, qui, á Deo mihi ordinatus est Pater? Eadem monet S. Augustinus, Epist. ad Casulanum: Episcopo tuo in hac re noli contradicere, & quod facit ipse, sine ullo scrupulo, vel disceptatione sectare. Et Gravina, de præscript. pag. 539. super illud: Ne dimittas legem matris tuæ, dicit: Necessario ergo servanda est lex secundum cuiuscumque Ecclesie particularis consuetudinem. Ergo ex SS. Patribus evidens est, quod si Episcopus illius Diœcesis, iuberet ieiunium in Vigilia illius diei, quo celebratur talis ac tanta Apparitio Deiparæ Viatricis, Sancto Iacobo facta, teneretur quisque ibi immorans, tale iussum adimplere. Quid ergo ageret M. Michaël, tali apparitioni diffidens? Certissimé, Episcopo irrideret, sicut, & huic traditioni; ergo, & SS. PP. hoc edocentes despiceret? Indubié teneo.

Ex omnibus his evidenter concluditur, hanc traditionem, & legitimam esse, & ad cultum, & pietatem conducere; ergo huic repugnare, est Lutheranis assentiri: non ergo expedit Catholico ipsam pro libito improbare. Alterum ibi inculatum, nempe, incredibile esse humillimam Virginem Iacob præcepturam, aut concessuram, ut sibi, adhuc in terris agent-

ti,

ti, Templum extrueretur, ex omnimoda egestate, & penuria monumentorum notitiæ evenit: parcatur, igitur, illi, & oretur pro eo, & tamquam parvulo (ô utinam in Christo) lac propinandum paretur ex nitidis documentorum vberibus, sequentia sunt.

*DEMONSTRATIO DECIMA OCTAVA,
indigitans Tempia Sacratissimæ Virgini, & S. Petro
dicata, adhuc in terris commorantibus.*

VT intelligat M. Michaël, ea, quæ scripta sunt potuisset legere, & non posse, ea quæ pietate roborata sunt cognoscere, discat, & hauriat ex nitidis monumentorum rivulis, quod sibi incredibile statuit, in consulto meditari, dum sequentia documenta illam suam incredulitatem pænitus reprehendunt, sibi que dicunt: *Modicæ fidei, quare dubitasti?*

Primum: Annales Francorum testantur Sanctas Sorores Martham, & Maria Magdalene, Sanctissimæ semper Virgini Matri, adhuc in vivis demoranti, Ecclesiam apud Masilliam extruxisse, & eius nomine dicasse; idem tenet Vincentius Bellovacensis, lib. 8. Speculi. cap. 29. & Petrus Canisius, lib. 5. de Deipara Virgine, cap. 23.

Se-

Secundúm : S. Petrum Apostolum apud Insulam Antaradum in mari Phæniceo sitam, construxisse, & libasse sacellum Sacratissimæ Deiparæ adhuc in terris degenti; in quo sacello primum Missæ Sacrificium peregit ipse Apostolus ex Insularum discussa traditione acceperunt omnes, qui cum Gottifredo Bullonio, immemorabilem illam terræ sanctæ expeditionem profecti sunt.

Tertium : Nicolaus Liranus, in Psalmum 18. & in cap. 24. Mathei, sicut Abulensis super idem caput Mathei docent Sanct. Sabenianum Martyrem, vnum ex septuaginta Discipulis, erexisse, & sacrasse Templum S. Petro, adhuc in terris commoranti, in Civitate Senonensi ex Francia, antea Civitas Aurea nominata.

Quartum : S. Marcum Evangelistam, Alexandria fundasse Templum S. Petro nondum defuncto dicatum, docet Gelasius Primus, in Concilio Romano, his verbis : *Secunda Sedes apud Alexandriam Beati Petri Apostoli nomine, à Marco eius Discipulo Evangelista fundata est.* Idem docet S. Petrus Damianus in Sermone S. Marci. Constat autem ex S. Hierónimo de Scripturibus Ecclesiasticis, S. Marcum Martyrium subijisse octavo Neronis anno, & S. Petrum Martyrium consumasse tertio decimo anno eiusdem Nero-

P

nis;

nis ; ergo patet illud Templum S. Petro non defuncto sacratum.

Quintum : Apud Clementem Romanum Pontificem, lib. 10. Recognitionum, cap. vltimo , legitur Theophilum nobilem Civem Antiochenum à S. Petro conversum , Domum suam in Ecclesiam consecrari fecisse pro honore eiusdem Apostoli in terris agentis , in eaque Cathedram S. Petri locasse.

Sextum : Celebris est apud Germanos traditio , quam veteres Annales Ecclesiæ Coloniensis, & Treverentis tenent , scilicet, quendam ex primis Discipulis S. Petri , nomine *Maternum* , Ecclesiam sacrasse in eiusdem sui Magistri nomine , non procul à Molsheim propé Argentinam , quod Germanicè *Tompe-ter*; est dicta, vt docet Canisius, lib. 5. de Virgine , cap. 23. de Materno agit Martyrologium, die 14. Septembris.

Septimum : Ex S. Caledonio Bracharenfi Antistite, in vita S. Petri Ratistensis, sic admonente : *Bracharam venit S. Iacobus , ubi sacrat eidem Domine (Almæ Virgini Dei Matri) cum pio Hispalensi, & Elpidio Toletano, & alijs primis eius Discipulis aliam ædiculam in Crypta, propé Balnea, &c.* In quo loco eminebat Templum Isidi Ægyptiorum Divæ dicatum , à S. Iacobo pro-
Octa-
tritum.

Octavum : Ex traditione inconcussa Regni Galleciæ constat eundem S. Iacobum dicasse ædiculam Sacratissimæ Deiparæ in Promontorio Celtico , hoc est , *Finis terræ* , quando ibi destruxit *Aram Solis* ; propter cultum à Barbaris numini falso exhibitum ; pro quo substituit facellum in quo Gentiles Virginem Matrem Dei exorarent , ut fidem veram reciperent , & falsam desererent ; quod , quidem , Sacra opitulante Virgine foeliciter evenit.

Nonum : Ex eiusdem Regni probatissima traditione , tenetur , & creditur , eundem S. Iacobum , Iriæ Flaviæ aliam erexisse ædiculam Virgini Sanctissimæ libatam , quæ hodie *Sancta Maria de Iria* dicitur ; hancque extruxisse , ut barbaram adorationem , quam Gentes *Iridi* eorum numini libabant , pænitus redderet immemorem recenti Sacratissimæ Virginis memoria , quam pro viribus postea venerari cæperunt.

Denique , ipsa Humillima Parens Sacratissima Advocata nostra , Regni Hispanici constantissima Tutatrix , & Propugnatrix Clementissima , se ipsam prædixit , & cecinit ab omnibus generationibus Beandam , & Prædicandam , ut ita fuit factum , idque profeticè prævidit in illo perdulci , & altisonante Cantico *Magnificat* ,

quia respexit humilitatem Ancillæ suæ, ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes. Si profundissimæ humilitati Almæ Virginis Matris non obstitit, se commendare ab omnibus laudandam; ec quid ipsi detrahit, S. Iacobum iussisse sibi met in terris Templum erigere? Numquid obsequium Matri Sanctissimæ præstitum, filio etiam non præstat? Cum sit vna laus Matris, & Filij; teste Arnaldo Carnotensi: *Filij gloriam cum Matre, non tam communem dico quam eandem.*

Si, S. Petrus Apostolus adhuc in viuis agens permittit, imó, & consensit, sibi ædiculas sacrari, cur non, incomparabili titulo, id ipsum Deiparæ Sacratissimæ tribuendum? Iussit Sacrata Virgo Mater, & non iussit Petrus, dicis, quid ergo? Numquid ius Virginis Matris Altissimum quid exigit sibi sacrandum, securius tribuendum, omni iure, & titulo, quia Mater Dei, super omnes creaturas simul acceptas exaltata; adhuc in terris tenta, privilegijs erat ditata singularissimæ exceptione reverentiæ? Quis dubitet? Ergo nec in mentem debet ingredi talis dubitatio; nempé, derogare suæ eminentissimæ humilitati, præcipere, aut concedere S. Iacobo, vt sibi in terris Viatrici Templum dicaret.

Ex

Ex his omnibus liquidó traditis, clarescit firmiús roborata in Columna CæsarAugustana traditio nostra, moralitate infalibili prædita, contra turbinem tempestatum contradictionis inconcussa, licét ventis æmulationis semel, & iterum tentata, semper Victrix, Triumphatrix semper inventa. Unde per belle Prudentius quarto sæculo florens cecinit.

Præstat adhuc, Templumque gerit veneranda

COLUMNA

Nosque docet cunctis immunes vivere flagris.

DEMONSTRATIO DECIMA NONA,

refutans responsionem, á M. Michaele pro Romano

Breviario adinventam.

Quia, evidentia coactus, non potest non, M. Michaël, traditionem nostram fateri in Romano Breviario ad oculum, omnibus Christi fidelibus commendatam, alias perquisivit, efugiendi causa, semitas impervias, à nullo tritas, suis vnicis gressibus sigillatas; &, vt de errore in precipitium confusus, diffusiús aberret, in diversas evadendi rimulas se torquet, frustrá tamen, nam qualibet via conetur egredi, suis met captiunculis cadit, sic enim gemit: *Hoc argumentum Breviarij tamí faciunt* (scilicet, nostri) *vñ dicant nulla ratione*

dilui

dilui posse; & sibi tamquam primum principium præstituunt, in nullo ex his, quæ in Breviario leguntur, vel ad latum unguem ab illo discedere. Hæc ille.

Sed contra: Per tē nostra traditio nullo satis firmo nititur fundamento, sed per tē, hæc in Breviario Romano ostenditur; ergo ex tuis dictis Breviarium hoc proponit historiam sine fundamento: syllogismus iste ex suis dictis patet; tunc sic, asserere Breviarium hoc legendam historiam tradere sine fundamento, temerarium est; ergo Magister Michaël temerariē loquitur: antecedens commune est inter Theologos, apud Doctissimum Luifum Turrianum Societatis Iesu, in suis quæstionibus selectis, dubio 19. pag. 174. his verbis: *Existimo mereri censuram temeritatis, si quis diceret eam historiam nullum probabile habere fundamentum, hoc enim esset reprebendere Ecclesiam tamquam imprudentem, quia in Breviario proponit legendam historiam, quæ nullum habet fundamentum.* Ergo M. Michaël sæpiissime adstruens nostram traditionem in Breviario illo lectam, nullum satis firmum ostendere fundamentum, temerariē sæpius procedit. Ecce primum laqueum in quo talem Magistrum capimus deprehensum.

Atamen

Atamen hoc insolubili nodo irretitus, aliter fugere tentat, sed in vanum laborat, dicit enim : *Ab Urbano Octavo nihil de hac re fuit decissum, sed posse eam prædicationem S. Iacobi permitti in Breviario Reponi, ad præces Regis Catholici Philippi Tertij, & Nationis Castellanae.*

Sed contra: Primó, illa traditio proponitur legenda ab Ecclesia in Breviario, ergo de hac fuit decissum ab Urbano Octavo, aliter nulla historia quæ ibi traditur legenda erit decissa, sed permissa, quod falsissimum est.

Secundó: Vel Urbanus Octavus erat certus de fundamento huius traditionis, vel non; si erat certus, ergo reposuit historiam ob eius fundamentum; si non erat certus, ergo cæcò modo processit, permittendo historiam cuius fundamentum nesciebat.

Tertió: Quod est positivé iussum, non est permissum, sed illa prædicatio est positivé in Breviario iussa, ergo non fuit permissa; maior patet, nam quod præcipitur ab aliquo Prælato, vult ille vt de factò fiat, quod verò permittitur ab ipso, sæpissimé non vult, imó ei displicet, Deus permittit peccatum, quod maximé abhorret; Iudices permittunt scelera, quæ nolunt, quia cohibere non possunt; Ecclesia tolerat excommunicatos, quos non vult esse tales, & sic

fic de multis; ergo vera est maior: Prob. min. Quod absoluté, & sine addito existit ex ordinatione alicuius Prælati, positivé existit ex vi illius mandati, sed illa prædicatio absoluté, & sine addito existit in Breviario sic disponente, & conscio Urbano; ergo positivé, non permissive existit, ergo non permiffa, sed iussa; aliter, quæ distinctio erit inter iussum, & permiffum? Aut quomodo sciatur, quale erit permiffum, & quale iussum?

His præpeditus M. Michaël, aliam semitam sternit, dicens: *Clemens Octavus admitente Baronio, iussit expungi à Breviario illam vocatam traditionem, at qui post illam expunctionem, illud Breviarium erat Romanum; ergo non licet adversarijs contra conari?*

Sed contra: Clausula in Breviario à Clemente Octavo posita, hæc erat: *Mox in Hispaniam venisse Ecclesiarum illius Provinciae (Hispaniæ) traditio est.* Ergo Clemens Octavus non denegavit hanc esse traditionem Ecclesiarum Hispaniæ; ergo non expunxit traditionem hanc, imò fatetur esse, sed Magister Michaël contendit esse nullam, ergo contradicit Clementi ipsam approbanti; nam, vt recté Lorus: *Huc noluit Clemens Octavus derogare, quia maximi merito fieri solet.*

Quod

Quod autem, ex adnitentia Baronij iussit Clemens expungi, erat illa prædicatio absolutè posita, quæ sic antea, sicut legitur nunc, tenebatur in Breviario; minimè verò huic traditioni contradixit, sed potiùs eam roboravit, dum adnitente Baronio firmior apparuit, igne, etenim illius contradictionis examinata, non est in ea iniquitas inventa, & transiens per ignem, & aquam, in refrigerium esteducta. Non igitur Clemens Octavus ipsam expunxit, sed iniunxit, non derogavit, sed roboravit, non contempsit, sed admisit. Sed per tē hæc traditio caret fundamento; ergo Clementi imponis calumniam, dum ipsum citas profitentem traditionem sine fundamento? *Ecclesiarum illius Provinciæ traditio est.*

Ulteriùs contendit M. Michaël, dicens: *Urbanus Octavus iussit illam absolutè reponi in Breviario, ad præces Philippi Tertij, & Nationis Castellane.* Sed contra; vel illa traditio est vera, vel non; si vera, ergo ipsa veritate ductus iussit illam restitui absolutè, vt ita fuit; si non vera, ergo Urbanus Octavus iussit reponi falsum, aut dubium, vt certum, vt Regi Catholico placêret? Quod de Pontifice Maximo suspicari, impium, & Catholico dissonum auditur. Reclamarunt ergo omnes Ecclesiæ Hispaniarum

Q

cum

cum Rege Catholico ad Urbanum, vt illa positio reponeretur absoluté, & integra, sicut antea: nec huiusmodi reclamatio flexisset Urbanum, si non iustissima pro veritate certaret, neque tales reclamaciones sunt, vt se ingerant in decissionibus Pontificum, sed meré, dispositivé, & prævié se habent, suam iustitiam, & veritatem ostendentes, quibus legitimé discussis, à Pontificibus Maximis egreditur sententia, & decissio; vt patet in Canonizatione Sanctorum, pro qua reclamant, Regnum, vel Provincia, vel Principes, quin huiusmodi reclamaciones aliud agant, quàm præsentare, acta, virtutes, & illius Sancti prætensi miracula. Hoc si M. Michaël prudenter, & serio excogitasset, non sic in consultó scripsisset.

Insupér, profequitur M. Michaël: *Nostros sic authoritati Breviarij inherere, vt nec ad latum unguem liceat ab illo recedere, & tamquam primum principium præstitueré.* Cui, satis ridiculæ instantiæ, respondeo: Nos, vtpoté Catholicos, maximi facere quamcumque historiam à Breviario Romano traditam, quia in tali Breviario veneramur Ecclesiam talem historiam proponentem prudentissimé, & omni seria maturitate, & ideó omni fide humana amplectendam. Non tamen somniamus, illa quæ meré
historicé

historicé proponit, de fide Catholica esse, nec Breviarum tale sic proponit ; aliter sentire, est inimicis Ecclesiæ ostium resserare, vt in alijs ad fidem spectantibus, libenti lingua possint Ecclesiæ detrahere, & calamo, dum similia inveniunt in Catholico.

Denique contemnuntur obstacula illa, quæ contra Breviarij authoritatem adduxit M. Michaël ; nempé, de S. Marcellino Martyre, qui Idôlis adolevit incensa; de S. Silvestro Constantinum Baptizante, & à lepra extergente, & de S. Ubaldo ; in quibus contendit, & alijs, Breviarium errasse, ex mente Eusebij Cæsariensis, Theodoret, & Papebroquij contrarium sectantium : nam magis standum est authoritati Breviarij altiori luce, & examine hæc percalenti, quàm authoritati Eusebij, Theodoret, & Papebroquij, qui in per multis erroribus, apochryphis, & fabellis sunt deprehensi, nec Sacra Rituum Congregatio Breviarium approbans, inscia extat positionum illorum Authorum, & similium, quibus retró derelictis proponit legendum contrarium, maiori certitudine, & authoritate præditum.

Meritò, igitur, omnibus nostram traditionem impugnantibus, poterit Regnum Hispanicum rescribere illud Tertulliani, cap. 39.

Q²

de

de præscriptionibus, contra sui temporis inimicos, antiquitatem Ecclesiæ obscurantes, ex nomine Ecclesiæ, sic illos alloquens: *Qui estis? Quando, & unde venistis? Quid in meo agitis, non mei? Quo denique iure Sylvam meam ceditis? Qua licentia fontes meos transvertitis? Qua potestate limites meos commovetis? Mea est possessio. Quid hic ceteri, ad voluntatem vestram seminatis, & pascitis? Mea est possessio, olim possideo, prior possideo.*

DEMONSTRATIO VIGESIMA, CONTRA violentam expositionem, à M. Michaele, authoritatibus S. Hierónymi inventam.

Doctor Maximus Sanct. Hierónymus super Ifaiam, cap. 34. sic docet: *Spiritus illius congregavit eos deditque eis sortes, atque divisit, ut alius ad Indos, alius ad Hispaniam, alius ad Illiricum, alius ad Græciam pergeret, & unusquisque in Evangelij, atque doctrinæ Provincia requiesceret.* Huic clarissimæ authoritati traditionem nostram testanti, respondet M. Michaël, quod per ly *alius ad Hispaniam, & alius ad Illiricum*, intendit Hierónymus vnum solum S. Paulum, quia idem Apostolus in Illirico, & Hispania prædicavit. Ut hanc interpretationem pænitus illegitimam, & à S. Hierónymo alienam convincam; admittere oportet, pro nunc, præ-

prædicationem S. Pauli Hispanicam, illa enim non permiffa, non effet locus hanc expositionem confutandi, reiecta enim patêret, illa, prædicatione S. Pauli Hispanica non admiffa. Tunc fic.

Per têt, ly *alius ad Hispaniam*, & *alius ad Illiricum*, designat, ex mente Hierónymi, eundem numero Paulum in Illirico, & Hispania prædicantem, ergo alius est Paulus, qui prædicavit Hispaniæ, & alius qui prædicavit Illirici? Hæc confequentia, vel negatur, aut conceditur, vel distinguitur, fi negatur; ergo alius non est Paulus, qui prædicavit in Illirico, & alius non est Paulus qui Hispaniæ prædicavit, ergo nõ est alius, & alius ille Paulus, ergo de eodem numero Paulo non verificatur, quod fit alius ad Illiricum, & alius ad Hispaniam, ex mente Hierónymi; fi conceditur, ergo Paulus, qui prædicavit in Illirico, non prædicavit in Hispania, quia alius est Paulus qui prædicavit in Hispania, & alius est Paulus qui in Illirico prædicavit; fi distinguitur, vel, ly *alius* fumitur alietate personali, vel fumitur alietate accidentali; fi alietate personali, ergo non est idem numero ad Illiricum, & Hispaniam perventus; fi alietate accidentali, ergo ly *alius*, idem est, qui ad Illiricum, ad Græciam, ad Indos, & ad

ad Hispaniam iuit, quippe alietas accidentalis, non variat subiectum, sed solum modó circumstantiam, aut modum; & de omnibus his dicit Hierónymus: *Alius, & alius*; esset ergo ex mente Hierónymi, vnus solus Apostolus, missus ad Hispanos, Illiricos, Indos, & Græcos?

Respondet M. Michaël: *Si Hierónymus diceret, quod isti volunt eum intendisse; sequitur, sibi apertissimé contradixisse, dum dicit, idem Paulus in Illirico, & in Hispania prædicauit. Sed contra: Divus Hierónymus non esset sibi contrarius docendo eundem Paulum in Illirico, & in Hispania prædicasse; esset veró manifestissimé sibi contrarius, si diceret: Quod alius ad Illiricum, & alius ad Hispaniam, designat eundem numero Paulum, quia tunc ille alius, & alius, esset idem, & non idem, vtpoté, alius, & alius; ergo illa aperta contradictio, à M. Michaële, sinistré, & violentér aponitur Hierónymo.*

His insolubilibus nodis captus, aliam sibi sternit, & terit semitam satis in viam, & asperam, dicit enim: *Si Adversarij legerent Hierónymum Epist. 3. ad Augustinum, cap. 3. hæc non dicerent, ibi namque Doctor Sanctus ingenué fatetur se, rerum quas in mente coacervauerat, multitudine obrutum,*

obrutum, eas Amanuensi suo dictasse, nec ordinis, nec verborum interdum, nec sensuum memorem, nihil ergo mirum, quod verbulum, alius, & alius, Hieronymo exciderit non atendenti, nec intendenti diversitatem Apostolorum in Illirico, & in Hispania prædicantium. Hæc M. Michaël.

Sed contrá: Per té S. Hieronymus nec atendit, nec intendit diversitatem Apostolorum in Illirico, & Hispania, per illum verbulum, *alius, & alius*; ergo per idem verbulum, nec intendit diversitatem Apostolorum prædicantium Indis, & Græcis? Si non intendit, ergo ex sui mente, idem fuit Apostulus prædicans Indis, Græcis, Illiricis, & Hispanicis; si non atendit, ergo illud verbulum *alius, & alius*, non excidit Hieronymo, siquidem atendit, per ly *alius, & alius*, diversitatem Apostolorum. Quid ad hæc?

Prætereá, omnes Latini intelligunt diversitatem personarum, per *alius, & alius*, alius est Pater, alius est Filius, alius est Spiritus Sanctus, vt fides Trinitatis confitetur, & credit; ergo, *alius ad Illiricum, & alius ad Hispaniam*, cur ex mente Hieronymi, non significet diversum? Hic est vsitatus loquendi modus, quem M. Michaël pro libitó detorquet, vt Sancto Hieronymo incognitum vsum docendi falsó tribuat;

tribuat; vnde ipse S. Doctor, sicut Iovinianum præter vsitatum loquendi modum, alium quærentem, repræhendit, sic M. Michaëlem arguit: ita enim lib. 1. contra Iovinianum tenet: *Non est contentus humano more loqui, alius quiddam agreditur, parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.*

Legitimus ergo illius authoritatis sensus est, quod alius prædicavit in Illirico, vt fuit Beatus Andreas, qui in Epiro, Tracia, & Achaia prædicavit, quæ pertinent ad Illiricum, alius in Hispania, vt S. Iacobus Zebedei, & sic de singulis in suis Provincijs sortitis, nulla ibi mentione habita de S. Paulo, cui nulla fuit sortita Provincia; præocupata ergo manet illa tendicula qua M. Michaël arguit: *Ergo vnicus Apostolus prædicavit in Hispania, quia S. Hierónymus non dicit alij, sed alius.* Nam ex Apostolis, quibus per sortem fuere Provinciæ designatæ, solum vnicus S. Iacobus Hispanis prædicavit, admissa libenter pro nunc prædicatione Sancti Pauli, cui nulla constitit Provincia per sortem, nisi facies terræ super quam ad Gentes effusus prædicavit, vt rectè docet Abulensis, tomo 1. in Matheum, cap. 47.

Nec illa authoritas S. Hierónymi in Epist. ad Augustinum, ad rem trahitur pro hac authoritate

ritate

ritate S. Hierónymi à nobis allegata, in qua
 tam differte, & distinctè, vt semper, loquitur
 Doctor Maximus, sed quod ibi ordinis noti-
 tiarum immemor, posuit secundum, quod erat
 primum, mutavit sensum, quoad coordinatio-
 nis methodum; minimè autem, quoad sub-
 stantiam; at in authoritate à nobis allata, nec
 ordinem, nec verba, nec substantiam mutavit,
 vt patet in sequentibus eiusdem authoritatis
 verbis.

*Et unusquisque in Evangelij, & doctrine Pro-
 vincia requiesceret.* Respondet M. Michaël:
 Quod illud requiescere intelligitur de prima
 requie in occisione Apostolorum, vt constat
 de Philipo, qui in Phrigia occissus est, & se-
 pultus, vbi primò requieuit, & postea ad Ro-
 mam translatus, ibi. Secundo requiescit, &
 de San Bartholomeo, qui Armenia passus, &
 sepultus, indè ad Beneventum, exinde ad Ro-
 mam perductus; sic de S. Iacobo, qui Hieróso-
 lymis occissus, & sepultus, indè ad Galleciam
 fuit translatus, non ergo Hispania fuit sibi for-
 tita. Hæc ille.

Sed contra: S. Paulus passus, & sepultus
 fuit Romæ, vbi ex tunc, vsque nunc requiescit;
 sed Roma non fuit sortita S. Paulo, fuit autem
 S. Petro; ergo illa requies prima, & secunda

R

de-

deficit in S. Paulo. Tunc sic : Sanct. Paulus nusquam, nisi Romæ requievit, sed Roma fuit fortita S. Petro; ergo S. Paulus caruit Provincia fortita, ergo illud requiescere in Evangelij, & doctrinæ Provincia, quod docet Hierónymus, minimé, adhuc ex dictis M. Michaëlis, venit S. Paulo.

Ad illud, quod de Sacris Corporibus Sanctorum Philipi, & Bartholomei adducit respondeo, S. Hierónymum loqui de requie per se, & ex destinatione vnius cuiusque ad suam Provinciam, non veró de eo, quod per accidens poterat evenire, vt his duobus Corporibus Sacris contigit, quia Sacra ossa S. Bartholomei, à Sarracenis contempta collegerunt Catholici, & ad Beneventum, indé ad Romam translata; sic accidit Corpori S. Philipi ad Romam perducto, vt ad Orbis Matricem atinet suorum Principum ossa recondere; at veró, de cæteris non ita est actum, quia vnusquisque in sua Provincia requiescit, & quod tenet in pluribus, non deficit, quia per accidens, non tenet in paucis; ex quibus, à M. Michaële compositis, sequitur S. Iacobum requiescere in sua Provincia fortita, numquam Hierósolymis sepultum; aliter, non ad Galleciam, sed ad Romam esset eius Sanctum Corpus conductum, sicut accidit

Cor-

Corporibus Sanctorum Bartholomei, & Philippi: nam, qua de causa venit eius Corpus Sacrum potius ad Hispaniam, nisi quia Hispaniam habuit sibi sortitam? Hoc innegabile est: requiescat ergo in pace solutio M. Michaëlis.

Idem Doctor Maximus, super Isaïam, cap. 42. sic docet: *Apostolos videns Iesus iuxta mare Genezaret in littore reficientes retia sua, vocavit, & missit in magnum mare, ut de piscatoribus piscium faceret hominum piscatores, qui de Hierusalem, usque ad Illiricum, & Hispanias Evangelium prædicarent.* Hæc authoritas clarissima, ita M. Michaëlem his retibus piscat, ut, quó magis ex illis egredi tentat, eo plus se in ipsis illaqueat; nam cum S. Paulus artem piscandi non agnovit, & S. Hierónymus de Piscatoribus admonet, recté deprehenditur, illos Piscatores fuisse Petrum, Andream, Iacobum, & Ioannem filios Zebedei; non, enim, præter istos, alios legimus piscatores Apostolos. Ecce nunc Sanct. Hierónymum seipsum in hac authoritate, declarantem, S. Andream ad Illiricum, & Sanct. Iacobum Zebedei ad Hispaniam mittentem.

Dicit M. Michaël: S. Ioannem non iuisse ad Illiricum, quid inde? Dum illuc S. Andreas perrexit, vnus ex illis, qui adderant in littore Genezaret; replicat M. Michaël: S. Hieróny-

mum hic loqutum fuisse per figuram Synedochē. O, bone Magister! Vis transfigurare Paulum in Piscatorem retia reficientem? Ad hoc vt S. Paulus per Synedochē in hac auctoritate teneretur, necesse erat, vt Paulum acciperet pro illis piscatoribus, aut omnes piscatores pro Paulo; nam hæc figura datur, quando pars pro toto, aut totum pro parte, quam continet, accipitur, at verò cum S. Paulus non fuisset piscator, nec contineri in illo toto, nec illud totum potest capere Paulum. Notandum, quod his duabus auctoritatibus S. Hieronymi captus M. Michaël, coactus fuit contra seipsum asserere: *Probabile esse S. Mathiam prædicasse in Hispania, quia dicit, nescitur ubi prædicaverit.*

DEMONSTRATIO VIGESIMA PRIMA,
*contra responsionem à M. Michaele inventam
 pro S. Isidoro Hispalensi.*

PRæstantissimus ille Hispaniarum, & Ecclesiæ Doctor S. Isidorus Hispalensis, in suo libro de *Obitu, & vita Sanctorum*, evidentèr, vt patet, nostram traditionem docet; atamen, M. Michaël contendit hunc esse apochryphum, cum ex eodem libro conetur ostendere Sanct. Paulum ad Hispanias itum. Quod hic liber sit Isidori legitimus, ostendit Rudericus Toletanus,

nus, lib. 4. suæ historiæ, cap. 3. & S. Ildephon-
 sus Isidori Discipulus: Nicolaus Liranus, cap.
 15. Epistolæ ad Romanos, Tritemius de Scrip-
 toribus Ecclesiasticis, Maluenda de Antichris-
 to, lib. 4. Sixtus Senensis in sua Bibliotheca,
 Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis,
 Lipomânus, & Episcopus Panormionensis cum
 alijs multis.

At, veró M. Michaël sui immemor, vt sæpé,
 contra se ipsum, vt solet, dicit: *Ille liber conti-
 net duos errores; primus, quod Iacobus Zebedei
 scripsit Epistolam Canonicam; secundus, quia dicit
 S. Iacobum in Camarica sepultum; ergo hic liber non
 est S. Isidori.*

Sed contra: Primó, per tē hic numero liber
 est legitimus S. Isidori pro adventu Hispanico
 Sanct. Pauli; sed per tē hic liber continet duos
 errores; ergo S. Isidorus commisit duos errores
 in hoc libro? Secundó: Per tē hic liber non
 est S. Isidori, quia continet duos errores, sed
 per tē, Isidorus tenet S. Paulum ad Hispanias
 itum in hoc libro; ergo falsó adducis S. Isido-
 rum pro S. Paulo ad Hispanias tenso. Tertió:
 S. Isidorus docet S. Iacobum ad Hispanos per-
 ventum, in hoc libro, sed per tē hic liber est
 veridicus S. Isidori pro S. Paulo; ergo ex tuis
 dictis ille met legitimus est Sanct. Isidori, pro
 Sancto

Sancto Iacobo. Quid evidentius ex sus dictis?

Prætereá, M. Michaël committit illos duos errores, quos tribuit illi libro, nam sententia valde probabilis non est error, sed Iacobum Zebedei scripsisse illam Canonicam Epistolam, est sententia longé probabilis, ergo non est error: Prob. min. Versiones Arabica, & Syriaca, Mozarabes in Liturgia, Sixtus Tertius in Epist. de malis Pastoribus, Luitprandus, Ticiensis in Chronica, ætate 856. Tremelius, Wastadius super Syriacam Versionem, Sophronius de Scriptoribus Ecclesiasticis, Silveira, lib. 2. Apocalipsis, cap. 21. & alij, tenent illam Epistolam esse legitimam S. Iacobi Zebedei; sed isti gravissimi Authores sententiam longé probabilem adstruunt, ergo ille liber non committit errorem, dum illam Canonicam Epistolam S. Iacobo Zebedei tribuit. Tunc sic; sed dicere sententiam tam probabilem, esse errorem, crasissimus error est, ergo hunc committit M. Michaël.

Secundus error Typographi est, quem M. Michaël, vt poté, tam sibi sapiens deberet corrigere, ergo ipsi, huius erroris Typographiæ inscio, hic error adscribitur, nam vbi legitur *Carmarica*, vt in Parisiensi Typographia,

phia, & vbi *Marmarica*, vt in Matritensi, debet corrigi, & legi *Tamarita*; sic enim, antiquitús, apellabatur Regio illa Compostellæ vbi Corpus S. Iacobi requiescit, à fluuio *Tamaris* propé Compostellam decurrente, qui Hispanicé dicitur *Tambre*; ergo à M. Michaële hic error posset corrigi, ne incauté duos errores incurrat, illi libro tribuendos.

Sed instat, dicens, illum Hymnum in Officio Mixtarabum, modulatum, esse S. Isidoro indignum, nempe:

*Magni deinde filij tonitruui
adepti fulgent præce matris inclytæ,
Regens Ioannes dextra solus Asiam
Et leua frater positus, Hispaniam.*

Quia continet absurda, prosequitur: Primum quia præcinit Iacobum, & Ioannem adeptos Regnum præcibus Matris à Christo Domino reprehensæ; secundum, quia recitat Hispaniam ad leuam, maximam Hispaniæ injuriam. Tertium, quia deficit in Arte Poætica, nam est versus iambicus, in quo metrici pedes, vel omnes iambi, vel iambi, & spondei deberent reponi; at vates ille novam condens Poæseos methodum, pedes etiam choreos, & pirrichios admiscuit? Hæc ille.

Atamen, evidens singulis adhibetur solutio, ad primum, dicitur: Potius filios in matre fuisse

fuisse reprehensos, quia sine præhabitis meritis Regnum quærebant, vt docet Menochius, cap. 20. in Matheum : *Bonum est, quod petitis, sed non obtinetur præcibus, & favore, sed labore, & bonis operibus illud merentibus conceditur.* Meritum ergo quærebat Dominus, vt concederet Regnum, quale Regnum? Ecclesia est Regnum Cœlorum, teste Gregorio; sed Ecclesia est Regnum Christi, in hoc ergo Regno Ioannes ad dexteram, Iacobus ad sinistram sedet, sic docet Sanct. Leo Tertius : *Sed nec præces matris, quibus sedem Regni filijs poposcerat, casatæ sunt, quia, vt quidam sapiens in Hymni dicit laudibus, astruit Ioanni Asiam, quæ est dextera, & Iacobo Hispaniam, quæ est sinistra.* Sic in Sermone Sanct. Iacobi tenet. Ecce ad impletam matris petitionem.

Ad secundum, respondens : Dextera Cœli est *Oriens*, sinistra *Occidens*; adstruere Ioanni dexteram, & Iacobo sinistram, provenit ex eo, quod Hispania ad Occidentem, Asia ad Orientem consistit : Quæ igitur injuria irrogatur Hispaniæ ad Occidentem situatæ sinistram adstruere? Dolet M. Michaël, & gemit Hispaniam injuriatam, quia ad sinistram Cœli positam, & ipsum non pœnitet; tot, & talia impropria in Hispaniam blatterare, asserendo ipsam
leviter

leviter, & sine causa traditionem S. Iacobi sui Magistri amplecti? Cui poterit iusté Hispania sibi impropertanti, & nunc dolenti dicere: Hic Magister labijs me honorat, cor autem eius longé est à me; sed, ne hoc dolore raptus intereat; ecce Hispaniam ad dexteram, terra relative contrariatur Cœlo, sinistra Cœli respondet dexteræ terræ, vt in speculo patet, vbi quisque percipiet sui sinistram esse in speculo dexteram; & è contra: non aliter, nisi quia se in speculo intuens, relative est contrarius sui ipsius imagini in speculo: habet ergo Iacobus in terra dexteram, quia Hispania respicit contrariam Cœli sinistram, & tenet Ioannes in terra sinistram, quia est in Asia contraria dexteræ Cœli: ecce Hispaniæ injuriam deletam, ad solamen Magistri Michaëlis.

Ad tertium, respondeo, illud carmen hymnidicum atinêre ad secundum genus Odarum Horatij, in quibus primi tres versus sunt Hendecasyllabi, Saphici, Pentametri, quinque constantes pedibus, quorum primus Trochæus, secundus Spondæus, tertius Dactylus, quartus, & quintus Trochæi, quartus autem versus est Adonius Dimeter, ex Dactylo, & Spondæo: at veró, quia in hoc carmine hymnidico, vltimus versus est Saphicus, & Pentameter, sicut

S

tres

tres primi, vocatur hoc genus Carminum: *Saphicus Hypermeter*; idest, abundans pedibus in ultimo versu, sed Saphicus Hypermeter iuxta Artem Poeticam est legitimus, ut patet, M. Michaël est ergo vates ille nesciens Artem condendi Carmina: fallitur enim adstruens huic Carmini pedes pirrichios, sicut, & quod pedes metrici deberent esse, vel omnes Iambi, vel saltem Iambi, & Spondæi; non enim his constat hoc genus Carminum, & pro hoc consulat Horatium.

Denique, si M. Michaël legisset S. Hieronymum in præfatione ad libros Iob, ab illo disceret plurima Iob Carmina deprehensa Exametra, nedum ex Dactylis, & Spondæis, verumetiam ex alijs pedibus; constat autem Exametra rigorosè accepta, non, nisi ex Dactylis, & Spondæis consistere; & tamen, Doctor Maximus Artis Poeticæ peritissimus, edocet alijs pedibus, præter istos, constare, mensurata temporis ratione; ergo licet illi hymnidico Carmini syllaba supersit, aut pes, non deficit in Arte Poetica, rejicitur autem à M. Michaële, quia nihil ad sui mentem affert. Ut cum Ovidio, lib. 2. de Arte Amandi dicam:

*Ipse licet veneris Musis comitatus Homère
Si nihil attuleris, ibis Homère foras.*

De

De Collectaneis S. Bedæ , & libris S. Iuliani, quos iudicat M. Michaël Apochryphos , licet advertere , illas Collectaneas plenissimè immerfas esse ab Eminentissimo Baronio in suis Notis ad Martyrologium , & in Annalibus, illas ergo iudicavit verissimas ; aliter, Eminentissimus Historicus illis non esset usus : cum igitur Baronius sit à M. Michaële vocatus , vt sibi adsit Patronus , requirat , à suo Coripheo ; quare , cum Apochryphæ sint , eas in suæ Historiæ Oceano tam studiosè immerferit ? Nos, verò , illas certissimè recognoscimus authenticas.

Libri S. Iuliani ab omnibus Historicis Hispanicis redduntur legitimi , si autem his non credit , credat Sapientissimo Bellarmino in tractatu de Scriptoribus Ecclesiasticis : qui, cum Hispanus non sit, & aliundè, in omnibus, quæ docet Veracissimus , faciet fortasse in dubiam fidem apud M. Michaëlem, si autem non fecerit, nihil interest, certi enim sumus demore M. Michaëlis in Doctoribus nostris venerandis, vt ostensum est, in Concilio Toletano, in Breviario, in Sanct. Hierónimo, in Sanct. Isidoro, Beda, & Iuliano , Sanct. Antonino , Cardinali de Aguirre , & in omnibus , quos pro nobis adducimus, hoc secundum est quod in Prologo

præstitui, nunc veró ad tertium, & vltimum
pergo.

*DEMONSTRATIO VIGESSIMA
secunda, ostendens omnino incertam Sanct. Pauli
Prædicationem Hispanicam.*

SUPpono, primó, Prædicationem S. Pauli in
Hispania, non esse incompatibilem cum illa
S. Iacobi, quia si, S. Paulus Hispanias vidit, id
evenerit anno 61. à Christo nato, quo à primis
Romæ Vinculis exivit, & S. Iacobus ad Hispa-
nias pervênit anno 36. à Christi Domini nata-
li.

Secundó dico: S. Pauli expeditionem Hispa-
nicam probabilem adstruo, vt detur disputa-
tioni locus, illa enim non admiffa, non esset
disputandi occasio, quibus præsuppositis: *Teneo,*
& constanter assero, S. Pauli prædicationem Hispa-
nicam omnino incertam, & nullam traditionis um-
bram habere.

Taliter suadere nititur infalibilem hanc
S. Pauli prædicationem in Hispania, M. Mi-
chaël, vt non erubescat ore aperto statuere,
& proferre: *Hæc est communissima Historicorum,*
omniumque Sanctorum Patrum sententia. Verum
tamen, in his deficit, sicut in cæteris, quia ex
illo Sanctorum, Historicorumque agmine,
quod libenter componit, plurimi inveniuntur
de-

desertores in nostram Phalangem perventi ad
 Bella litteraria Doctissimi, illum minantem
 districtumque in Brachio, aut lingua M. Mi-
 chaëlis, S. Pauli gladium in vaginam mitten-
 tes, & amico fædere pacem in euntes, cum
 omnibus alijs minimé ex adverso certantes.

Adest Princeps Historicorum primus Sanct.
 Hierónymus, qui super cap. 15. ad Romanos,
 & 5. ad Ephesios, incertum iudicat. S. Palum
 ad Hispanias itum, quæ authoritas legitima
 S. Hierónymi traditur ab Eminentissimo Expo-
 sitorum Principe Hugone Carenfi, qui eidem
 sententiæ subscribit. S. Augustinus, & Orige-
 nes, apud Abulensem, tom. 6. in Matheum,
 pag. 490. Gratianus, in decretis 22. quæst. 2.
 cap. Beatus, & distinct. 11. cap. Quis nesciat,
 pænitus negat. Gelasius Primus omnino reijcit.
 Caietanus, super cap. 11. ad Romanos, & in
 2. ad Thimotheum, cap. 4. contradicit. Abu-
 lensis, super 3. Regum, quæst. 15. pag. 283.
 clarissimé difitetur, licét ipse in Genesim,
 pag. 624. dubitet. D. Thomas, super cap. 15.
 ad Romanos claré refugit, & rationem osten-
 dit, licét in Epist. ad Galatas contrarium vide-
 tur tenere, non tamen rationem ostendit. Lo-
 rinus, in cap. 17. Actorum, incertum dicit.
 Sancius de Prædicatione S. Pauli, tract. 4. dissen-
 titur.

titur. Bzovius, tom. 1. Annalium, anno 62. dubitat. Dominicus Sotto, super cap. 15. ad Romanos, & alij, apud Liram, in eodem cap. talem adventum, & prædicationem S. Pauli ad Hispaniam, & in Hispania, pænitus apochypham esse docent.

Verum, quia sententia Sancti Hierónymi, maximè in rebus historicis, præeminet cæteris, vt docet Abulensis in Opusculis, ex S. Hierónymo ad oculum ostendam S. Paulum minimè perventum ad Hispaniam. Nemo dubitat tractatum S. Hierónymi contra Helvidium esse Doctoris Maximi proprium; in illo, ergo, explicans contra pestiferum Helvidium, textum Mathei 1. *Antequam convenirent inventa est, &c.* vt ostendat, ly, *Antequam*, non executionem ibi ostendere, sic, parificat: *Aut si velimus dicere, Paulus Apostolus antequam ad Hispaniam pergeret, Romæ in vincula coniectus est, Helvidius antequam pænitentiam ageret, morte præventus est, statim, aut Paulo post vincula ad Hispanias sit eundum, aut Helvidio pænitentia agenda post mortem.*

Tunc sic, si ex mente Hierónymi S. Paulus ad Hispanias venisset, contra sui mentem, & intentum, adduceret paritatem illam, vt ostenderet. Præpositionem, *Antequam* in illo textu Mathei, non indicare executionem; quia, si
ex

ex mente Hierónymi illa prædicatio Hispanica S. Pauli constaret, evidens esset, quod illa præpositio *Antequám* indicaret executionem, sed hoc contra intentum suum, ad quod adducit illam paritatem, esset, nempe ad confutandum Helvidium; ut ibi demonstraret Doctor Maximus, ly *Antequám*, nunquam executionem indicare, ergo dum parificat: *Paulus Apostolus antequám in Hispanias pergeret, Romæ in vincula conjectus est; Helvidius antequám pænitentiam ageret morte præventus est.* Ostendit S. Hierónymus S. Paulum minimé ad Hispanias perventum, sicut Helvidium post mortem pænitentiam non actum: quia, ly *Antequám* in illa paritate omninó executionem refugit, sicut, & in textu Mathei, pro quo paritatem illam adducit. Quid ex S. Hierónymo evidentius?

His ad oculum, ætiam, ægrum, ostensis, ut pateat, illud agmen Historicum, & Sanctorum Patrum omnium, quod pro sui acumine M. Michaél congerit, multo diminutum, multoque dispersum, illam invocationem omnium indigere fictitiam, ut ignaris possit suam intrmittere sententiam, demonstro illam S. Pauli expeditionem Hispanicam, omnino incertam, & dubiam.

Non dubium est Sanct. Paulum bis Romæ in
vincula

vincula conjectum ; primó : Neronis anno secundo ; & secundó, dum anno decimo quarto eiusdem Neronis ligatus ad Romam venit ; ê primis vinculis solutus fuit anno 61. à Christo nato ; ê secundus non nisi ad mortem evasit, constat enim S. Paulum Capitis plexum anno decimo quarto Imperij Neronis vt omnes sciunt, cum S. Hierónimo ; lib. de Viris Illustribus. Evidens ergo est, quod si ad Hispanias venit, contigit quando ê primis vinculis exivit, Sed, ê primis vinculis ereptus, ad Hispanias tendere, non intendit ; ergo nunquam Hispanias vidit ; min. prob. Quia in primis vinculis actus ad Philipenses scripsit cap. 2. *Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos cito ; & ad Philemonem, v. 22. in eisdem vinculis positus ; Simul autem, & para mihi hospitium, nam spero per orationes vestras donari me vobis.* Quomodo potest convenire cum istis, ille ad Hispanias adventus, ê primis vinculis solutus ?

Nam si ad Hispanias decreverat, ê primis vinculis ereptus, venire, Philipenses, & Colossenses de hac expeditione admoneret, ne ad horam ipsum expectarent, sicut Romanis, ex Græcia scripsit, ipsum videre desiderantibus, admonens, post, ex Hierósolymis regressum, ipsos vissurum : vt patet ex cap. 15. ad Romanos,

nos, sic etiam; si ad Hispanias erat venturus, Philipenses, & Colossenses admonuisset, se, post regressionem ex Hispania, eos visurum, ne per momenta anxiantur videndum dilectissimum Magistrum. Ec quid Philipenses admonuit, se illuc cito videndum, si ad Hispanias ex inde meditabatur progressum? Ec quid hospitium parandum, si tempus, Hispanias videndo, absumpturus esset longum?

Rectissime ergo Eminentissimus ille Caietanus, Epist. 2. ad Thimotheum, cap. 4. sic instruit: *Paulus solutus a vinculis, quibus ex Iudæa vinctus venerat Romam, reversus est in Macedoniam Achaïam, & loca in quibus prius prædicaverat, prout ipse premisserat bis in Epist. ad Philipenses: imó dixerat, hoc persuassum habens, quod manebo, & permanebo, ut gratulatio vestra abundet per meum adventum iterum vobis.* Et super illa verba, cap. 15. ad Romanos: *Cum in Hispaniam proficisci cætero; sic Caietanus advertit: Apostolus dicit, quod intendit, sed aliud disposuit Spiritus Sanctus, quando quidem vinctus fuit in Hierusalem, &c.* Idem docet Abulensis loco supra dicto, & Angelicus Doctor, hic: *Nusquam enim in Hispania fuisse legitur, in Hierusalem enim raptus fuit, & ex inde Romam perlatus fuit in vinculis; nempe ad vincula, ex quibus non nisi ad mor-*

T

tem-

tem evasit ; ergo è , primis vinculis ereptus ,
minimé ad Hispanias pervénit.

Prætereá , ipse Apostolus ad Romanos ,
cap. 1. dicit : *Gratias ago Deo meo , per Iesum
Christum pro omnibus vobis , quod fides vestra annun-
tiatur in universo mundo.* Ubi Chrysostomus , &
Theodoretus , explicant : *Fama fidei vestræ
vulgatur toto Orbe Romanis subiecto.* Evidens enim
est Hispaniam tunc esse Romanis subditam ,
ergo quando Apostolus Romanis direxit hanc
Epistolam , erat fides Evangelica Hispanis vul-
gata ; sed hæc Epistola scripta , & directa fuit
ad Romanos , tribus annis antequam ad Hispa-
nias tendere posset ; nempe , anno 58. à Christo
nato , vt docet Baronius , ergo iam tunc erat
fides Evangelica in Hispania , vt patet ex Chri-
stostomo , & Theodoreto.

Sed iuxta M. Michaélem , Apostolus non
prædicavit , vbi iam erat Evangelium annun-
tatum ; ergo minimé potuit in Hispania præ-
dicare Evangelium , quia priusquam ad Hispa-
nias posset pervenire , iam ibi erat vulgatum ,
non igitur constat certum , Sanctum Paulum
ad Hispanias perventum , vt evidens est ,
ex dictis.

* *
* *

DEMONS-

DEMONSTRATIO VIGESIMA TERTIA

*respondens Sanctis Patribus á M. Michaelē
pro hac ré citatis.*

Nunc ad illas Sanct. Patrum Scripturas, in quibus M. Michaël existimat vitam habere, devenio; & primó, ad illam S. Dorothei auctoritatem, quam ex Pererio adductam maximé extollit, respondeo cum Eminentissimo Bellarmino in suo tractatu de Scripturibus Ecclesiasticis, sic admonente: *Dorotheus Episcopus Tyrrensis, dicitur tempore Diocletiani exilium passus, & scripsisse de vita Prophetarum, & Discipulorum Domini; ipsa vero synopsis plena est fabellis. Non meminissē libri tam fabulosi, nisi vidissē, á multis citari, & non minimi fieri.* Sed ex hac synopsi est auctoritas Dorothei, quam M. Michaël adducit pro Sanct. Paulo ad Hispanias; ergo ex libro mendaci, & fabulis pleno, ut reverá inspexi, non creditur tali Dorotheo, & minús M. Michaëli.

Ad aliam auctoritatem quam ex S. Hyppolyto Martyre, in libro de vitis Apostolorum, & Discipulorum Domini, affert, respondeo: Eundem Sanct. Hyppolytum, ex eodem libro, docere S. Iacobum ad Hispanias perventum, sed per té S. Iacobus non venit ad Hispanias,

adhuc S. Hyppolyto testante; ergo nec Hispanias vidit S. Paulus, aut cogeri concedere ex hoc libro Sanct. Iacobum in Hispania prædicasse, aut S. Paulum minimè Hispanias vidisse; elige.

Cæteris testimonijs Sanctorum Athanasij, Cyrilli, Chrysostomi, Theodoret, Sophronij, Gregorij, Hieronymi, Bedæ, & Martyrologij, respondeo eos loqui de intentione Sanct. Pauli ad Hispanias intentivè, non vero executivè; ut rectè docet Caietanus, ubi suprâ: *Apostolus dicit, quod intendit, sed aliter disposuit Spiritus Sanctus.* Reguntur enim Sancti Patres sic docentes, illa autoritate eiusdem Apostoli ad Romanos, *cum in Hispaniam proficisci cæpero, &c.* At ex ista, solummodò constat desiderium, & intentio videndi Hispanias, ergo ex ipsa Sancti Patres nihil prætendunt circa executionem intentionis Sanct. Pauli ad Hispanias, quæ legitima solutio necesse est à M. Michaële admittenda; ipse enim contendit S. Paulum non prædicasse in Provincia fortis alienæ, sed Sanct. Hyppolytus docet Sanct. Paulum in Italia Evangelium seruisse; ergo ex Sanct. Hyppolyto tenetur concedere Sanct. Paulum prædicasse in Provincia alteri fortita, sed hoc apertissimè contra ipsum est; ergo velit, nolit, tenetur fateri

fateri S. Hyppolytum loqui de prædicatione intenta, non vero de exequta, aliter sibi contradicit. Sic etiam Sancti Patres, quos affert, de illa itione intenta, non de exequta loquntur, alia enim via docentes, sibi essent apertissime contrarij, vt S. Thomas, S. Hierónymus, S. Beda, S. Gregorius, & alij qui contrarium tenent. Vt dictum est.

Ad illud, quod de Tantippe, & Polixene Sororibus in Hispania, à S. Paulo conversis; ex Menelagio Græcorum, adstruit, dico, minime hoc ex tali Menelagio constare, imò, contrarium doceri, tradit namque Menelagium Græcorum: Polixenem à S. Andrea in Achaia conversam, & baptizatam; rapta, enim, ex Hispania ob egregiam pulchritudinem à quoddam sinistra intentionis viro, perducta iuit ad Græciam cum Iudæa Rebecca nomine, mirabiliter puritate seruata: ex inde cum Onessimo S. Pauli Discipulo ad Hispaniam redivit; Tantippe verò, adveniente Sorore, fidem Evangelij eius suassione, & Onessimi prædicatione suscepit, á quo baptizata traditur; illud de Polixene tradit Menelagium Græcorum, vt potè, in Græcia factum, hoc de Tantippe docet Doctor Palau in suo Thesauro Hispanico.

Quod

Quod autem de Sapientissimo Dominico Sotto, narrat M. Michaél, nempé, meritó reprehendi, quia S. Pauli adventui Hispanico repugnat; nescio, á quo, nisi á M. Michaéle reprehendatur, si, namque ille reprehenderetur; primó reprehensione digni essent omnes gravissimi Authores, qui, antequam Magister Sotto illi adventui opponatur, contradicunt, quod indignum est de tot, & tantis Doctoribus supra tactis affirmare.

Reprehendi, & apprehendi meritissimé debet, qui Romano Breviario irridet, S. Hierónimum torquet, Sanctos Isidorum, Iulianum, & Bedam respuit, Pontificibus contradicit, Concilio Toletano quarto detrahit, Traditionem omnis Catholici Regni despicit, Eminentissimis Cardinalibus Baronio, & Aguirre calumnias imponit, præstantissimos Doctores adventui S. Iacobi Hispanico suffragantes per multis probris, & convicijs afficit, lilos appellans contenciosissimos, sine fundamento loquentes, aniles fabulas sectantes, saxa volantia pro fundamento iacentes, inepté, disparaté, leviter loquentes, novam Artem Poætiam condentes, & alia plurima impudentissima absurda, quæ nisi ex turbidis dissipatisque Hæreticorum cisternis non possunt hauriri;

hauriri; quare, rectissimé, à Sanctæ Inquisitionis Tribunalibus arguitur temerarius, præsumptuosus, illustrium Doctorum denigrativus, & hæresi respectivé proximus. Ecce M. Michaëlem.

DEMONSTRATIO VIGESIMA QUARTA, ostendens, S. Paulum, minimé ad Hispanias perventum, ex dictis M. Michaelis.

DEmonstrationem hanc nobis liberalitér offert M. Michaël de suæ Dissertationis historicæ campo, quia, qui adversus veritatem bellum gerit, se ipsum reluctantér vulnerat, sequentia enim in sua Dissertatione sibi infligit vulnera cruenta.

Cap. 1. Dissertationis suæ, dicit S. Iacobum ad Hispanias non perventum, quia ibi nullam fundavit Ecclesiam, nullos Discipulos reliquit, nihil passus sit, nihil fecerit. Sed contra: S. Paulus nullam in Hispania erexit Ecclesiam, nihil passus, egitque nihil; assignet vbi quid huius generis patraverit? Ergo eadem causa, qua contradicit nobis, sibi contradicit.

Cap. 3. negat S. Iacobum ad Hispanias itum, quia Hispani dicunt ibi paucos convertisse; & profequitur, non enim Spiritus Sanctus mittebat Apostolos in eas Regiones in quibus nullus esset fructus colligendus.

Sed

Sed contra : Per te , S. Paulus convertit in Hispania tantum duas fœminas Tantippem, & Polixenem , nulla alia conversione à te assignata, nec assignanda; sed per té, S. Iacobus Hispanias non vidit , quia ibi dicunt Hispani paucos convertisse, scilicet, novem, aut duodecim; ergo multo minus venit ad Hispaniam S. Paulus ad duas fœminas solum convertendas , ad quid Apostolum Doctorem Gentium mitteret Spiritus Sanctus , vt tam exiguum colligeret fructum?

Cap. 4. infert negationem talis adventus S. Iacobi ex silentio Sanctorum Patrum , quia S. Paulum docent ad Hispanias itum.

Sed contra : Plurimi antiqui Patres silent S. Paulum ad Hispanias perventum, qui tenent S. Iacobum profectum ad Hispaniam, vt Sanct. Irinœus , Clemens Alexandrinus , Origenes, Prudentius, Tertullianus, & alij ; ergo eadem ratione non vidit Hispaniam S. Paulus.

In eodem Cap. citat S. Isidorum Hispalensem contra advertum S. Iacobi , & in ultimo Cap. citat ipsum pro adventu S. Pauli, & infert; ergo ex S. Isidoro nihil pro S. Iacobo.

Sed contra : S. Isidorus dicit Paulum ad Hispanias tensum in libro de *Obitu, & Vita Sanctorum*, in quo ad litteram tradit ad Hispanias

nias S. Iacobum perventum , & Evangelium edoctum , sed per té hic numero liber est apochryphus pro S. Iacobo; ergo cum idem sit, apochryphus est pro S. Paulo : Prætereá , per té temporibus Isidori orta fuit fama prædicationis Hispanicæ S. Iacobi; ergo ex S. Isidoro multum pro S. Iacobo , & nihil pro S. Paulo , quia ille liber, vt dicis, est apochryphus.

In eodem Cap. adducit Chrysoftomum dicentem de S. Paulo, quod nec ad eos abiit, qui priús fuerant edocti ; ergo Hispani non erant in fide edocti à S. Iacobo , quia ad eos abiit S. Paulus.

Sed contra : Per té S. Paulus non abiit ad eos, qui fuerant edocti priús, sed Romani erant edocti à S. Petro , ergo S. Paulus non iuit ad Romanos? Ergo nec ad Hispanos; quia, vt ipse testatur cap. 15. ad Romanos , ad Hispanias conducendus erat ministerio Romanorum, quod venit ad Romanos , non tamen Romæ prædicavit ; tibi contradicis , quia tenes cum Baronio , quod Paulus sicut Petrus Romæ docuit; ergo torques Chrysoftomum, quia S. Paulus abiit ad eos, qui priús fuerant edocti. Insuper Hispani erant edocti à S. Iacobo, sed S. Paulus non abiit ad priús edoctos, non ergo tetendit ad Hispanos.

In eodem Cap. contendit, quod requiescere in Evangelij atque doctrinæ Provincia de quo Hierónymus, intelligitur de prima requie per mortem in Provincia cuique Apostolo fortita, & cum S. Iacobus requievit primó Hierósoly-
mis, vbi fuit occissus, infert sibi non fortitam Hispaniam.

Sed contra: S. Paulus prima, & vnica requie, quiescit Romæ vbi fuit occissus, sed Roma fuit fortita S. Petro; ergo S. Paulus caruit Provincia fortita; ergo Hispania non fuit sibi fortita? Prob. conseq. Per té S. Iacobus non habuit per fortem Hispaniam, quia prima requie quieuit Hierósoly-
mis, sed S. Paulus semper quieuit Romæ; ergo non habuit Hispaniam fortitam. Ulteriús, per té illud requiescere intelligitur de prima requie in Provincia fortita, sed per té S. Iacobus habuit primam requiem Hierósoly-
mis, quia ibi mortuus; ergo obtinuit sibi forti-
tam Hierósoly-
mam? Ergo ipsam non habuit S. Iacobus Minor: hoc ex tuis dictis evidens est, contra Ecclesiæ traditionem, & omnium sen-
tentiam.

Cap. 5. dicit traditionem nostram nullam, quia nec Divina, nec Apostolica, nec Eccle-
siastica constat, nec à suis Authoribus ostensa ex testibus coævis, vel proximioribus.

Sed

Sed contra: Profectio S. Pauli ad Hispanias nulla traditione viget, vt evidens est, si enim talis traditio esset, vigêret in Ecclesijs Hispanicis, in quibus talis non est, ergo nulla pænitus est, insuper talis traditio, non ostenditur â coævis, vel proximioribus, ergo nulla est; prob. antec. Iuxta Baronium, quem sequeris: *Res gestæ Pauli in Hispania remanserunt inopia scriptorum prorsus obscuræ*; ergo ex Baronio non sunt scriptores coævi, nec proximiores pro S. Paulo in Hispania, ergo nulla omnino est.

In eodem Cap. tenet, quod si vera extaret illa prædicatio S. Iacobi Hispanica, eius fama pervenisset, ad Græciam, Galliam, & Italiam, quod non sic evênit, ergo ad Hispanias non pervênit.

Sed contra: Si vera esset illa S. Pauli ad Hispanos, eius fama esset â fortiori in Ecclesijs Hispanicis, sed talis fama ibi non est, assignet vbi; ergo evidenter talis prædicatio S. Pauli Hispanica non est: tunc sic, sed fama prædicationis S. Iacobi in Hispanicis Ecclesijs vniuersalis est, vt docet Clemens Octavus pro te adductus: *Ecclesiarum illius Provinciae, nempe Hispaniae, traditio est*; ergo S. Pauli traditio Hispanica caret legitimo, & firmiori testimonio, nempe Ecclesiarum Hispaniæ, ergo nulla

omnino est, non vero ita traditio nostra quæ non solum in Ecclesijs Hispanicis, verum in Authoribus Græcis, Italis, & Gallis legitur, vt supra dedi.

In eodem Cap. asserit, quod si vera esset nostra traditio, Idacius, & Orosius Authores Hispani antiquissimi illam traderent; sed non tradunt, ergo non venit ad Hispanos Iacobus.

Sed contra: Si vera esset illa S. Pauli, Idacius, Orosius, Prudentius, Isidorus Senior Cordubensis, Authores Hispani antiquissimi illam admonerent; sed non admonent, non scribunt, non tradunt; ergo S. Paulus Hispanos non vidit in Hispania; tunc sic, sed Prudentius, qui floruit sæculo quarto ipsam commendat Prædicationem S. Iacobi Hispanicam in Templo Cæsar-augustano ab Apostolo Iacobo erecto, vt supra dedi, Isidorus Senior Cordubensis, qui vixit initio sæculi quinti, vt tradit Sixtus Senensis, lib. 4. de Catholicis Divinorum voluminum Expositoribus, quem S. Augustinus citat Sermonne 39. de Sanctis, ipsam nostram S. Iacobi admonet super libros Regum, vt videri est, nulla memoria facta de S. Paulo; ergo nostra traditio verissima est, nulla vero S. Pauli.

In eodem Cap. dicit Prædicationem S. Pauli Hispanicam esse fidam, quia in Martyrologio Romano

Romano legitur, non vero illa S. Iacobi.

Sed contra : Breviarium Romanum eiusdem fidei, & authoritatis est, ac Martyrologium, sed Prædicatio S. Iacobi in Hispania, legitur in tali Breviario, non veró illa S. Pauli; ergo illa S. Pauli non est fida, quia non legitur in Breviario: Prætereá Martyrologium agit de Discipulis S. Iacobi, quos Breviarium testatur in Hispania à S. Iacobo conversis; ergo Martyrologium tangit prædicationem Hispanicam S. Iacobi; quia, qui tradit effectum, ostendit causam: ergo fidior, & firmior est S. Iacobi traditio, quia docetur ab utroque.

Cap. ultimo, contendit prædicationem S. Pauli in Hispania nullo sæculo latuisse, & prædicationem Sanct. Iacobi ibidem per sex, ampliús, sæcula fuisse inauditam.

Sed contra : Antiquior testis à te adductus pro S. Paulo, est ille apochryphus Dorotheus, qui dicitur viguisse initio sæculi tertij; ergo, adhuc illo gratis admisso, hoc sæculum distat ab illo possibili adventu S. Pauli, feré duobus sæculis; ergo illa prætenfa prædicatio Pauli Hispanica latuit feré duobus sæculis, ergo ex ipso, falsum est nullo latuisse sæculo; sed prædicatio S. Iacobi nullo sæculo latuit, vt supra in centurijs evidenter ostendi; ergo traditio nostra.

nostra omni sæculo constat, non verò ea S. Pauli, nam, illa fabulosa synopsis Dorothei reiecta, omni sæculo latet prædicatio S. Pauli in Hispania.

Denique, in eodem Cap. super illa verba S. Hierónymi: *Alius ad Illiricum, alius ad Hispaniam.* Dicit, probabile esse S. Mathiam in Hispania prædicasse, quia nescitur ubi nam prædicaverit.

Sed contra: Per té, S. Paulus non prædicavit ubi alius prædicavit, sed per té probabile est, S. Mathiam in Hispania prædicavisse; ergo ex tuis dictis, probabile erit S. Paulum non fuisse prædicatorem Evangelij in Hispania. Quid evidentiús ex ipso? Ergo inutiliter advocas pro S. Paulo in Hispania concionante illam, quam construis, omnium Historicorum, Sanctorumque omnium sententiam, siquidem tu ipse illis contradicis.

Ex his, & alijs plurimis nodis, quibus se ipsum insolubiliter premit, & ad cryptas oblivionis contradictoriæ illam ipsam suam Dissertationem historicam pertrahit, luce clariús innotescit ipsum, non ratione ductum, sed passione actum, in talem contradictionem fuisse cassum: tot, etenim ineptijs, tendiculis, probris, & cavillis illam Dissertationem ster-

nit,

nit, & collutulat, vt, indignissimam prælo, in fovea silentij sepeliendam, quisque mediocris intelligentiæ iudicet. Nemini parcit, nec sibi, offendit omnes, etiam seipsum offendit.

Mentita igitur est iniquitas sibi, transiensque in affectum cordis quæ non potuit stabilire consilia cogitavit, quanta malignatus est inimicus in Sancto? Apud Dominum gressus suos, vt pote in vios, non direxit, & ideo viam eius noluit, Regnum autem Hispanicum Sanctissimi Iacobi Zebedei est Regnum omnium sæculorum, & dominatio traditionis eius in omni generatione, & generationem. Illuxerunt enim fulgura eius filij tonitruï orbi terræ Hispanicæ, vidit & commota est Hispanorum terra à facie eius quia venit, quoniam venit iudicare terram nostram in æquitate Evangelicæ doctrinæ, vbi dedit benignitatem, & terra nostra dedit fructum suum. Vnde laudent eum Cœli, & Terra, Mare, & omnia quæ in eis sunt, vt confiteamur nomini eius, quoniam Sanctum est.

Hæc adsunt, quæ in huius Opusculi prologo discutienta statui, his solummodo inixus, quæ in illa Dissertatione pseudo historica cæpi, minimè intendens inconcussam traditionem nostram proprio Marte vindicare, illa enim
vberrimè,

vberrimé, & fællicissimé à nostris propugna-
tur, & ab Authoribus alienis ostenditur vera-
cissimé; &, vt contra Helvidium aiebat Sanct,
Hierónymus: *Quia arbitror te veritate supera-
tum, ad detractionem vitæ meæ, & maledicta con-
verti; illud dico præueniens, gloriæ mihi fore tua
convicia.*

*Laus sit semper, & honor, Vni, Trinoque numini
Almæque Deiparæ semper Sacræ Virgini
Pauloque, & Iacobo Sacratissimis Apostolis
Honor exhibeatur à Regnis Hispanicis.*

Amen.



F I N I S.

TABVLA CONTINENS huius Opusculi demonstra- tiones.

D*E*monstratio prima Prædicationis Sanctissimi
Iacobi Maioris in Hispania, à primis sæculis.

Pagina 1.

Demonstratio secunda ex Authoribus exteris de-
prompta. Pagina 9.

Demonstratio tertia contra illud præceptum ex
traditione Thræseæ, & Apollonij somniatum. Pag. 13.

Demonstratio quarta ostendens Authores nostros
illam admittentes traditionem Thræseæ consequen-
ter procesisse. Pag. 23.

Demonstratio quinta confutans alias tendiculas
ex illa traditione Thræseæ, à M. Michaelle deductas.
Pag. 27.

Demonstratio sexta respuens disceptationem Ru-
derici Toletani cum Compostellano Antistite, Pag. 32.

Demonstratio septima contra interpretationem
verbis cap. 15. ad Romanos adhibitam. Pag. 37.

Demonstratio oçtava contra fundamentum ex
Epistola Innocentij Primi quæsitum. Pag. 41.

Demonstratio nona contra fundamentum ex silentio
Sanctorum Patrum antiquorum, petitum. Pag. 46.

Demonstratio decima ostendens monumenta, docu-
menta quæ à primis sæculis, pro hoc adventu S. Iacobi
Hispanico. Pag. 52.

Demonstratio undecima ostendens traditionem
nostram verissimæ traditionis notis insignitã. Pag. 58

Demonstratio duodecima adstruens, quod negata
hac traditione, non subsistunt cæteræ. Pag. 66.

De-

Demonstratio tertia decima ostendens, ex negatione traditionum particularium, perire universales ex illis deductas. Pag. 69.

Demonstratio quarta decima ostendens hanc traditionem nostram esse moraliter infalibilem. Pag. 73.

Demonstratio quinta decima rejiciens figmentum de traditione hac à temporibus S. Isidori Hispalensis exorta. Pag. 79.

Demonstratio decima sexta refutans aliqua convicia, à M. Michaele, nostris Authoribus sinistrè imposita. Pag. 85.

Demonstratio decima septima contra inutilem responsionem, Templo Casaraugustano, à M. Michaele adhibitam. Pag. 92.

Demonstratio decima octava indigitans Templum Sacratissimæ Virgini, & S. Petro dicata, adhuc in terris commorantibus. Pag. 98.

Demonstratio decima nona refutans responsionem, à M. Michaele, pro Romano Breviario ad inventam. Pag. 103.

Demonstratio vigesima contra violentam expositionem, à M. Michaele, auctoritatibus S. Hierónymi inventam. Pag. 110.

Demonstratio vigesima prima contra responsionem à M. Michaele, inventam pro S. Isidoro Hispalensi. Pag. 118.

Demonstratio vigesima secunda ostendens omnino incertam Sancti Pauli Predicationem Hispanicam. Pag. 126.

Demonstratio vigesima tertia respondens Sanctis Patribus, à M. Michaele, pro hac recitatis. Pag. 133.

Demonstratio vigesima quarta ostendens S. Paulum minimè ad Hispanias perventum, ex dictis M. Michaelis. Pag. 137.

LAUS DEO TRINO, ET UNI.

ERRATA SIC CORRIGE.

IN prima Aprobatione, lin. 3. Lector, *lege* Lectoris.
Ibidem, Author, *lege* Authori. Ibidem, Apostolici,
lege Apostoli. In Licentia Ordinis, lin. 2. Minister,
lege Magister. In Prologo, lin. 4. Iacobi, *lege* Iacobo.
Ibidem, veritas, *lege* veritatis. Ibidem, reijcam, *lege*
reijciam. Ibidem, opio, *lege* opinio. Pag. 4. à S. Iacobi,
lege Iacobo. Pag. 5. latuis, *lege* latiùs. Ibidem, supertes,
lege superstes. Ibidem, intronuisse, *lege* intonuisse.
Pag. 6. Hispaniam, *lege* Hispanicam. Pag. 7. format,
lege firmat. Pag. 8. reverebimus, *lege* reverebimur.
Pag. 30. confulet, *lege* confuleret. Pag. 40. Romano,
lege Romanis. Pag. 50. cogerit, *lege* cogeret. Pag. 51.
non ni, *lege* non nisi. Pag. 56. etribus, *lege* etribubus.
Pag. 59. Particulis, *lege* Particularis. Pag. 68. dignitas,
lege dignitatis. Pag. 74. prestbrant, *lege* præstant. Pag. 87.
faces accensas, *lege* nisi faces accensus. Pag. 88. Catho-
licis, *lege* Catholicus. Pag. 113. si non atendit, *lege* si
atendit. Pag. 122. respondens, *lege* respondeo. Pag. 127.
Palum, *lege* Paulum. Pag. 128. Apochypham, *lege* Apo-
chrypham. Pag. 130. è secundus, *lege* è secundis.

ERRATA SIC CORRIGI

In prima Aprobatione, in 3. Lector, lege Lectoris.
Ibidem, Author, lege Author. Ibidem, Apolliticus,
lege Apolliticus. In Lascensis Ordinis, in 2. Minister,
lege Magister. In Prologo, in 4. Jacobo, lege Jacobo.
Ibidem, veritas, lege veritas. Ibidem, resiam, lege
resciam. Ibidem, opio, lege opinio. Pag. 4. 2. Jacobo,
lege Jacobo. Pag. 5. latius, lege laus. Ibidem, tuperes,
lege superes. Ibidem, intronante, lege intronante.
Pag. 6. Hispaniam, lege Hispaniam. Pag. 7. formal,
lege formal. Pag. 8. reverchimus, lege reverchimus.
Pag. 30. comitet, lege comitet. Pag. 40. Romano,
lege Romano. Pag. 50. cogit, lege cogit. Pag. 71.
non in, lege non in. Pag. 80. eribus, lege eribus.
Pag. 81. Particulis, lege Particulis. Pag. 82. dignitas,
lege dignitas. Pag. 74. prestant, lege prestant. Pag. 87.
faces accensas, lege faces accensas. Pag. 88. Caris,
lege Caris. Pag. 117. Non arandit, lege si
arandit. Pag. 121. respondens, lege respondens. Pag. 127.
Palum, lege Palum. Pag. 128. Apochypum, lege Apo-
chypum. Pag. 130. 5. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Dei gratia, in fine, lege Dei gratia.
M. Michaelis, inventum pro S. Hedera Hispanica.
Pag. 3.

Dei gratia, in fine, lege Dei gratia.
M. Michaelis, inventum pro S. Hedera Hispanica.
Pag. 3.

Dei gratia, in fine, lege Dei gratia.
M. Michaelis, inventum pro S. Hedera Hispanica.
Pag. 3.

IN DEO TRINO, ET UNE

